



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Lvdovici Carterii Vocontii. SS. Theologiæ, & Iurium Doctoris, justa
Expostulatio de P. M. Xantes Mariales, Ordinis Prædicatorum, Authore
Bibliothecæ interpretum D. Thomæ. &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

LUDOVICI CARTERII VOCONTII

Sacrae Theologiae, & Juris utriusque Doctoris,
JUSTA EXPOSTULATIO

De P. M. Xantes Mariales Ord. Prædicatorum, Autore Bibliothecæ Interpretum ad Summam D. Th. quatuor voluminibus distinctæ, Venetiis editæ an. 1660. & per antichronismum anno 1638.

LECTORI BENEVOLO.

Ta à natura comparatus sum, Lector benevole, ut cum illatam insontibus iniuriam ferre non possem, ad ferendas iniuste oppressas suppetias, impetu quodam natura duci ac ferri me sentiam. Hinc nuper accidit, cum Bibliotheca P. M. Xantes Mariales Ordinis Prædicatorum in meas manus venisset, in qua ea Patribus Societatis Iesu convitia aspersa sunt, quæ vix minus, quamvis aliquando penitus hæreticus effugire potuisset, ut non parum inde commotus fuero, & nonnihil vindictarum jam tum capere meditari. Variæ rationes fecerunt, ut aliquamdiu sustinerem; his tamen vel sublati, vel parum morientibus, hæc pauca præmittere volui, ad veritatis & iustitiæ defensionem, (nec enim dubito, quin de hoc argumento alures scripturi sint) curavi tamen diligenter, ne dum per a. iustitiæ defensionem, Christiana charitas lederetur. Innocentissimum defensionis genus adhibui, quod scilicet in mera expositatione positum est. Expositio vero tum de ipso Bibliothecæ autore, quem deinceps brevitate ergo, Bibliothecarium appellabo, si tamen multi authores non sint, & nomen illius Legio, tum etiam de nonnullis aliis eiusdem Instituti hominibus, qui sedula navarunt operam editioni, promulgationi, distractioni, eiusdem vastissimi operis, quos hic dumtaxat compello; alios enim, ut & S. Ordinem impense colo ac vereor. Vnum porro emixe te rogo, ingenue Lector, ut iudicium sustineas, dum totum libellum lustraveris, quem hac lege censura in tuo subicio. De multis pauca & præcipua expositationis capita selegi, ut multa paucis complecterer. Longè majoris molis opus facile endere potuisset; sed tuo commodo & meo consultum esse volui, ut in hoc etiam Bibliothecario dissimilis essem. Librorum pretium, ut lapidum non raro statuendum est, & perexiguus lapillus plurius haud dubie censendus, quam durus silex, vel deformis rupe. Tuis saltè oculis peperci, quos cum illa insana quatuor voluminum mole oppressisset, brevis opusculi lectione recreandos ac reficiendos esse putavi.

Ceterum, si convitiis, quibus ille Iesuus proscidit, atrocitatem, & iniuria gravitatem serio apud te repones, nullus dubito, quin huius expositationis lenitatem, atq; adeo consilium meum magnopere laudes. Vna quippe necessitas, cum aliud remedium non suppetere, hæc pauca penè invito extorsit; & licet indoles mea eo inclinaret, inde tamen pacis amor & risa non moriendo studium me plurimum revocabant. Quicquid sit, dilectis mihi capitibus hoc quantumcumq; grati animi officium præstare debui, quod si vel ipsis arriserit, vel tibi gratum fuisse intellexero, ad maiora profecto illorum, tuiq; gratia, me accingam. Vale.

CAPVT I.

Huius scriptiois occasio exponitur.

Iam sesquiannus excurrit, ex quo Bibliothecam suam, (Admodum Reverendi Patres) nutu vestro & consilio, Xantes Mariales vester, quatuor Tomis distinctam, Venetis mandata typis, in publicam edidit lucem. Quæsi non semel ex Patribus Societatis Iesu, quos acriter in hoc opere præfatus auctor perstringit, eorumque doctrinam, mores, Inst. tutum damnat, & multiplici convitiis elogio huius Ordinis auctores decorat passim: exis inquam quæsi, ut um illorum quispam tam falsa & injusta libi afficta refel-

Part I.

lendi ac refutandi provinciam suscepisset. Negarunt ipsi ullum esse, non sanè quod multis, ut scribendi animus, ita & voluntas non suppetere; sed hanc causam ad sacrum tribunal fuisse delatam; totum opus censuræ & confixione dignum ab Eminentissimis Patribus iudicatum; proditum iri propè diem conditi decreti promulgationem; ac proinde supersedendum, & nihil interea movendum. Hæc ratio mitigavit me aliquantulum, fecitq; ut sustinerem. Ut enim Societati additis sum, tam atrocem injuriam huius illatam ægrè, in d. ægerimè ferebam; sed cum sesquianno jam elapso, nullum decretum promulgatum fuisset, & nullus ex Societate, præ immoderata & immodica circumspeditione referberet, libri tamen per totam Europam, non mediocri diligentia, dilemi.

Ecc 2

à gratia sufficiente, quæ in hac vestra hypothese stare non potest; si enim prædeterminatio adsit, sequitur effectus, illa igitur gratia non est merè sufficiens, sed efficax; si verò abest, effectus poni non potest; illa igitur gratia sufficiens esse, aut dici nequit; tertium à peccato, cuius reverà Deus auctor esset, si ad quemlibet actum voluntatem hominis prædeterminaret.

Varia quidem distinctionum effugia excogitastis; sed jam omnia præclusa fuerunt, illud præsertim toties recantatum, *sensus compositi & divisi*, & variè à variis explicatum, explosum fuit; licet enim adsit facultas agendi in sensu composito, abest tamen non agendi, vel dissentendi potestas, & vicissim adest facultas dissentendi, & abest agendi potestas, in sensu diviso: nec est quod aliqui dicant, componi dumtaxat, vel supponi causam ipsius libertatis: nam reverà prædeterminatio, quæ supponitur, est causa necessaria, voluntatis imperio, vel arbitrio nullo modo subiecta, etiamsi divinæ voluntatis instrumentum sit; ita enim voluntatem hominis ad agendum movet atque inducit, ut fieri non possit, quin ex illa actus secundus, ut vocant, tanquam ex principio & causa necessaria, consequatur; nisi autem hæc sit necessitas antecedens, quid sit necessarium, intelligi nequit. Alii non necessarium, sed infallibile vocant; ac lemota scientia Dei, quicquid ita est, ut non esse non possit, necessarium est, talis porro est ille actus, qui ex prædeterminatione oritur; mera igitur necessitas est, ut patet.

Ancequam igitur dicitur pacem turbaretis, & licet ferè loquitur de vobis excitaretis, tria illa argumenta erant vobis solvenda, quod cum minimè præstiteritis, totus iste apparatus in cassum est. Nisi forte aliquid auræ apud plebeculam scholasticam captare volueritis; aut certe Jesuitas, quibus hoc scriptiois argumentum interdictum est, incautos obrueret; sed hæc quoque frustra: aliquid saltem novi afferre debuissetis, & tot paterga, quæ ad rem non faciunt, omittere: quid enim ad rem variæ quæstiones, quas auctor vester congerit? abstinendum quoque fuerat à convitiis; quanquam, ut jam olim multi observarunt, nihil ferè aliud in hac materia vobis suppetit; dicam iterum, quamdiu tria illa argumenta non solvitis, oleum & operam perditis; mihi credite. Quod argumentis nunquam obtrineret poteritis, summa illa, qua Romæ polletis auctoritate, obtinere satagite, & procurate, ut Romanus Pontifex litem decidat; hoc certe ingratum Jesuitis non accideret, immò gratissimum erit; quidquid tandem definiat; hoc unum superest; reliquæ disputationes inutilis & superflua, in quibus tria illa argumenta vobis semper opponentur, vos ad speciem solvetis, & solutiones vestras ac responsiones, ut minus appositæ, quod & huculque factum est, explodentur. Cæterum cum cum proba & convitiis ad tantam voluminum molem non sufficerent, multa paterga, ut dixi, quæ ad causas vos inter atque Jesuitas vertentes non pertinent, accersere voluistis: sed hæc nihil ad me, quia nihil ad rem. Constat igitur, diuturnam pacem à vobis frustratam fuisse & antiquum bellum restauratum, quod dubito, an vobis satisfacere cessurum sit.

(†:†)

PART II.

CAPVT IV.

Doctrina Societatis immeritò confixa.

Parum abest, quin oculis meis fidem omnem detrectem, cum ea lego, quæ in hisce voluminibus de doctrina Jesuitarum hic vester Bibliothecarius scripsit Tom. I. controverf. prolegom. com. 4. ferè per totum, & in aliis duobus passim, sententiam Societatis, oppositum scilicet vestræ prædeterminationi, Esse blasphemiam in Philosophiam, Theologiam & Deum, odiosam, execrabilem, ab omnibus Academicis rejectam, tanquam monstrum, Apostolica sententia fulminatam, monstrosum, periculosum, novum signum à Pelagianis inventum, fundamentum totius Pelagianismi, abortum indignum, contra quem vestri pugnant fides catholicam propugnant. Nempe Jesuita toto orbe Ecclesiam depravare conantur, seipsum opinionum innovatores; veneranda antiquitatis jurati hostes, humanarum mentium verborum lenocinii depravatores, Sancti Thomæ & Sanctorum Patrum corruptores. Omitto reliqua, vel ut verius dicam, ad sequentes expostulationes remitto, ut primo loco & ante omnia de atrocissima calumnia Jesuitis afflicta expostulem, quod in doctrinam de divina scilicet gratia, pro Pelagiana & hæretica traducitis.

In hoc vobis Novatores Heterodoxi suo exemplo præluxerunt; quis enim illorum, qui de hoc argumento scripserit, non dixit, Jesuiticam sententiam de divina gratia esse meram putam Pelagianam? hoc Lutherani, hoc Calvinistæ, hoc Janfenistæ, plenis & rotundis buccis crepant expulcitis, & centenis voluminibus in lucem editis exaggerant. Supponunt autem suam sententiam, Jesuiticæ prorsus oppositam, quod ipsi ultro fatentur, veram & Catholicam esse; hanc tamen Tridentinum, Innocentius X. & Alexander VII. hæreticam damnarunt, Perpendite, amabo, ac ferid apud vos ipsi reputare, an forè laudi vobis vertatur, Hæreticorum exempla imitari. Jesuitæ facile reponere possent, non sine multiplici scœnore: nempe, ut Hæretici Jesuiticam de divina gratia doctrinam damnant, & Pelagianam esse declamant, ita vestram mirificè laudant, atque approbant, & clamant, eandem esse cum sua; hæc tamen ut dixi à Tridentino & tribus Pontificibus confixa est. Centies hoc publicarunt & typis mandarunt Montalcus, Wendrockius, Paulus Iræneus, Lanæus, Arnaldus, Marefius: hoc dumtaxat clypeo se regunt, & non aliam à Thomistica se profiteri doctrinam jurant: idem clamare non cessant, quotquot inter Lutheranos, Calvinistas, & Janfenistas de hoc argumento scripserunt.

Jesuitæ, qui oppositum sibi argumentum adeo facile retorquere possent, hoc non urgent; imò pro sua in vos humanitate, vos hac nota liberare conantur; quo tamen eventu, viderint ipsi. Illud certè notorium est, quod Eminentiſſimus Perronius coram Paulo V. Pontifice maximo asseveranter affirmavit, scripsitque ad Henricum IV. Galliarum Regem, se facile curaturum atque obtenturum, ut omnes Calvinistæ Galli vestræ sententiæ subscribere viderent; vidimus theses vestras Parisienses, Bononienses, Gallobelgicas, Cracovienses, in quibus Janfenianæ dogmatis multum sanè favetis. Quantum Janfenianæ causæ patrocinium Romæ præbueritis, quia res trita est, saltè à me indicari, æqui bonique

Ecc 3

conlu-

confuletis; quid Nolanus ea de causa missus in carcere Sancti Officii, quid Reginaldus, quid alius, qui concionem Caroli Herfan approbavit, quid alii multi ex prioribus vestri Ordinis pro Jansenistis egerint, nemō ferē ignorat: congressus hebdomadarii apud Minervam vestram cum Jansenianis Doctoribus habiti, adeo publici erant, ut neminem istius cause non prorsus imperitum latere possint. Quid demum vestri de 5. propositionibus senserint, si præsertim, qui ab Innocentio X. ad illas discutiendas deputati fuerant, nemo nescit. Quoties Candidus vester eas pro Catholicis habuit, & habendas esse sanctē juravit?

Hæc Jesuitæ facile reponere possent, atque adeo argumentum facile retorquerent, non sine concionis plausu; quis enim cordatus homo non videat, illā doctrinā erroneam censeri non posse, quæ doctrinā damnatæ opponitur? Clamant quidem Jansenistæ & Calvinistæ Pelagianam esse; sed iidem oppositam, suam scilicet, ut Catholicam prædicant, nimirum Augustinianam & Thomisticam: Augustinum ab eorum calumniis multi vindicarunt, nonnulli Thomistas etiam ex Jesuitis; quo tamen eventu, ipsi viderint. P. Sibille vester vindicare conatus est; nullus tamen dubito, quin Jansenistæ illius sententiæ facile subterfere parati sint: unum omittere non possum, quod à viro doctissimo accepi; Thomistæ, inquit ille, Jansenistæ, Calvinistæ idem prorsus de gratia prædeterminante sentiunt, illam quippe omnes per se intrinsecè ac præcisè efficacem esse volunt; ita ut eā positā, necessariò sequatur effectus, & voluntatis dissensus poni non possit, in re igitur ipsa conveniunt; in hoc autem differunt, quod Thomistæ constantissimè negent, ex hoc, necessitatem antecedentem adstrui, aut destrui libertatem; Jansenistæ verò induci necessitatem ultro admittant, negent tamen destrui libertatem; Calvinistæ demum utrumque concedant, & ultro fateantur, induci necessitatem, tolli libertatem: H. sanè pessimè sentiunt, cum hæreticum sit, liberum negare arbitrium; rectè tamen ratiocinari videntur, ac deducere, ex causa necessaria, necessitatem effectus, ac proinde libertatis destructionem: Jansenistæ malè sentiunt, & malè ratiocinantur; nempe operationem voluntatis necessariam esse dicunt, liberam tamen esse volunt; quia sola coactio, inquit, libertati opponitur; errant igitur, quia necessitatem admittunt, malè autem ratiocinantur, quia negant, sequi ex necessario liberi destructionem: Thomistæ denique optimè sentiunt, quia consensum voluntatis, qui ex gratia prædeterminante sequitur, cum libertate conjunctum, & ab omni necessitate liberum esse dicunt; pessimè autem ratiocinantur, ut potè qui ex causa necessaria, sequi necessarium effectum inficiantur. Sic ille.

Ex his, si fallor, perspicuum est, doctrinæ Jesuiticæ Pelagiani erroris notam perperam à vobis vestroque auctore inusitam fuisse. Meminisse debueratis, hæreticos omnes hujus & proximè antecedentis sæculi singulari odio adversus Jesuitas flagrare; quibus verò de causis dicere nihil attinet, cum omnes sciant, & Jansenistas, quorum doctrina damnata est, vestræ subscribere, eamque pro sua jactare. Is cui rectum vitium est, in vicinum proximi hortum lapidem non mittit, ut communi parantia feriant; & ut rectè monet Tullius in Verrem, non modo accusator, sed ne oburgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Ecclesia, inquit, doctrinam Thomistarum de divina gratia nunquam damnavit: ita est; nunquam expressè damnavit; nunquam definivit, ex illa gra-

tia prædeterminante, consensum necessarium trahere nime liberum sequi; quod tamen vobis Jesuitis ratiocinando, & vi legitime consecutionis oppugnantibus nunquam tamen declaravit Ecclesia, ex prædicta gratia prædeterminante, liberam operationem legi auctoritate, ut ab Ecclesia hæc controversia definitur; hoc sanè per gratum Jesuitis accidit. Jam possumus est in Jansenio, quem aliqui ex Theologis putatis damnari posse negabant, nisi Thomistæ sententia damnaretur; eam tamen opinio scilicet negari non possit, quin ex recte propolitione confixione, nonnihil præjudicii contra vestram hypothesein affulgeat. Uno verbo, tria esse humana genera hucusque comperi, qui doctrinam Jesuitarum damnant; primum est Hæreticorum, apertorum scilicet hostium; secundum æmulorum, qui bonæ Societatis nomen & modicum illum literarum virtutis splendorem æquis oculis ferre non possunt; postremum denique illorum, qui libentius, & rectè quàm par sit, de rebus, in quibus parum versati sunt pronuntiant.

CAPUT V.

Acta Congregationum temere jactata.

Clementis VIII. (ait Bibliothecarius vester totus & 4.) declaravit, doctrinam Jesuiticam de gratia Augustini placitis adversari: Paulus V. Bullam edidit, in qua prædicta doctrina damnatur: Valentinus quoque dem propugnare ausus est, palam luit, seminatissimi aliosque simos Clementis pedes corrumpit, & tandem reterminat inpenam audacia correptus est. Thomistæ veri doctrinæ miraculis confirmata, & assurgentibus ex vultu Patris mostrius illustrata est. Has aliasque hujusmodi fabulas multi refutarunt, Ripalda, Paulus Leonardus, Jannus, Hennaio, Petrus à S. Joseph, alii; auctores gravissimi; & quod caput est, gemino decreto Apostolico cautum est, ne hujusmodi acta citentur: cuius in cassum illa obtruditis: Bulla Pauli merum hyemum est, & mera bulla, in qua hucusque tot & tam procellas excitastis: casus Valentini commentum declaratio Clementis fictitia; vobis quidem in notum fuit, iis tamen sanctissimis Pontificibus, quamvis quin multiplicis gratiæ impulsu eò forte inclinat, nunquam morem gessit.

Illam verò, ut vocatis, miracula Patris Thomæ I. mos à sacra Congregatione Rituum, vel Rota, non dum discussa, nec approbata fuisse; immo Cochettii liber, qui ealiberalius refert, librum VIII. jussu, eo duntaxat nomine confixus est, quod eodem Urbanum præfati splendoris ex vultu P. Lenonemicantis testem oculatum appellasset. Negari obgenue sanctissimus Pontifex, splendor em illius nunquam visum fuisse, & librum Cochettii vestri, quoad eo confidenter hoc adstruxerat, non sine summa confixi, & in confixorum indicem referri jussit. Neque Illustrissimus Aluarez illorum temporum auctor reticuisse, cum inde gravissimum moventem acciperet causam, quam ipse acriter, verbo & scripto propugnabat. Jesuitæ res gestas facile adducerent, sed praelent: nonnemo pauca quædam receperunt, sed modestia sustinuit. Vos verò cum res gestæ decem ad suppleendam materiam, pluriquam antea Jesuitarum & crambem toties rectè obtruditis.

Illud autem potissimum queror, quod decreta Sancti officii parvi faciat, cum tamen aliis vestro exemplo vos præluere par esset. Janseuista huiusmodi acta centies cuderunt & recuderunt, quasi Romanum regnum apud illos esset: & ut scholasticum vulgus fabulis, præsertim si aliquid satyræ inest, vel aculei, mirifice delectatur, vix credi potest, quanto plausu acta illa, quæ nunquam acta sunt, exciperentur, quàm longè & latè spargerentur. Bulla illa chimærica, declaratio commentitia, funestus Valentia & Sociorum casus, fabulosa miracula, contra doctrinam Jesuiticam, in libris, in pulpitis, in scholis passim opponebantur; grandis & horrenda machina, simplicioribus & minus cautis esse videbatur, quamvis à citatis supra auctoribus sæpè disiecta, dissoluta fuisset; in omnibus Janseuistarum, Thomistarum, Discalceatorum, ut vocant, libris, acta illa suum locum habebant: Jesuitæ verò, his rejectis, ac refutatis, alia reponebant: ut historica concertationi modus poneretur, Romani Pontifices, gemino, ut dixi, decreto vetererunt, ne quis in posterum huiusmodi acta, aut declarationem, aut miracula citaret: his decretis minime paruistis; ego pareo, multam enim alioquin acta illa, quæ Jesuitæ habent, & quorum copiam ultro faciunt, scribendi mihi materiam suppetarent. Dicam obiter, iustum totum à me lectum esse, in quo tota huius controversiæ historia numeris omnibus absoluta, ad prælum, quàm primum per leges licebit, parata, non anilibus fabulis, & chimæricis commentis, sed authenticis testimoniis nixa continetur.

CAPVT VI.

Jesuitæ corruptores & contemptores SS. Patrum perperam dicuntur.

IN gravissimos Societatis auctores Bibliothecarius vester acerrimè inuictus est, Bellarminum scilicet, Valentiam, Vasquez, Pasolum, Pozam, quasi sanctos Patres adulterarint, ac de iis parum modeste, parum honorifice, parum piè scripserint. Non cito loca, quæ passim occurrunt.

Quid sibi velit Mariales vester, capere animo non possum; nempe auctores Societatis, quotquot saltem in meam cognitionem venerunt, de SS. Patribus ea modestitè scripserunt, & reverentia, quæ Doctores Catholicos decet. Quantum ipsi ex SS. PP. lectione profecerint, frustra dicerem; ne quæso verbis meis, sed illorum operibus credite. Quid Suarez, Vasquez, Valentia, Molina, Petavius, Bellarminus, Annarius, aliique plurimi in hac parte præstiterint, toti orbi literato perspectum est; tum in expugnandis ac refellendis Hæreticis, tum in Catholicæ fidei dogmatis confirmandis, tum in legitimo sacrorum codicum sensu eruendo. Et verò dicere ausim, non parum inde lucis honorisque SS. Patribus accessisse, quod derivata ex eorum monumentis veritatis luce, auctores Societatis doctrinam, fidem, religionem Catholicam magnopere illustrarint, & ab affectis vindicarint calumniis. Quis autem dicat, SS. Patres à Jesuitis adulteratos fuisse, eò quod illorum loca & textus, auctores supra laudati in bono lumine collocarint, & legitimum adstruxerint illorum sensum?

Ipsi etiam Heterodoxi SS. Patrum loca accumulauit, Calvinus, quamvis canonicus, totus Augustinianus videri vulgè, & passim Augustinum adducit ad

suos errores confirmandos; Janseuius & Janseuista eandem molam versarunt, citaruntque multa millia locorum Augustini, ut aliquem inde fucum suis erroribus & damnatis propositionibus obducerent: Jesuitæ acriter repugnant. Annatus, Martinus, Ripalda, Dechamps, nonnullique alii, & legitimum illorum textuum sensum vindicant; & hinc SS. Patrum corruptores Jesuitæ à Janseuistis eorumque fautoribus esse dicuntur. ita nuper cucullatus transfuga, cujus nomini parco, de Jesuitis graviter expostulabat, quod il SS. Patres, Augustinum præsertim parvi facerent; dolebarque vehementissime, quod prævideret fore, ut Jesuitæ, inducto per vim Pelagianismo, Augustini discipulis frustra reclamantibus, Ecclesiam Dei aliquando perderent: sed hæc homini nullus iudicii & nullius conscientie condonanda.

Sed ad vos redeo RR. PP. qui fortè idem Jesuitis opponitis; cum enim multa Patrum loca auctores vestri congerant, ad confirmandas duas illas sententias, quas mordicus contra Jesuitas defenditis, & pro quibus tanquam pro aris & focis pugnat, maculati scilicet conceptus Deiparæ Virginis, & auxilii prædeterminantis; Jesuitæ adducta à vobis loca explicant, & allatis collatisque aliis locis, legitimum illorum sensum explorant; inde autem illos Patrum corruptores appellatis, quo jure (admodum Reverendi) ideone loca illa depravant, quia in bono sensu explicant, à quo fortè auctores vestri defleunt? multa certè in hoc genere reponere possem, vix enim credibile est, quantum in hoc ipsi delinquerint: sed remitto vos ad Petrum à Valle clausa, ad fidem Cajetanam, ad trutinam Marianam, ad Solem veritatis M. de Alva, in quo supra triginta locorum millia à nobis corruptorum lector inueniet; immò quod valdè lepidum est, creatis seu fingitis auctores, qui nunquam extiterunt, ut eos citetis, ad majus pondus & robur doctrinæ vestræ conciliandum. Cajetanus scripturam sacram ita depravavit, ut ab omnium Patrum sensu in rem gravi discedere veritus non sit; Canus Sancto Stephano errorem & mendacium imponere non dubitavit lib. 2. de locis cap. 18. Caranapost Canum, Honorium ab Agathone anathematizatum fuisse, in Epistola ad Imperatorem scripta, perperam scribit: miror, hæc legi, sciri, cum innumeris propemodum aliis, quæ brevitatis causa præmitto, nullam tamen ab iis, quorum maxime interest, censuræ notam inuri.

Quàm verò parum honorifice auctores vestri de Sanctis Patribus scripserint, frustra dicerem, cum jam nemo ignoret; nonnulla obiter indico à me selecta. Canus de locis lib. 7. cap. 3. *Errare in rebus fidei, quæ non erant eo tempore definitæ, accidit Cypriano, Hieronymo, Augustino. Lib. 12. cap. 15. Augustinus in illam magis opinionem inclinat, quæ docet animas à parentibus generari. Quod solebam tanquam erroneum condemnare. Lib. 2. cap. 4. Intellego, D. Augustinum longa oratione contendere, non permissionis tantum, aut patientiæ divinæ esse peccata, sed etiam potentia. Lib. 12. cap. 15. Quod Augustinus asserit ex lege Moysis esse ceteris evidentius, id ne probabile quidem mihi videri solet. Lib. 7. cap. 13. Nemo quantum vis eruditus & sanctus, neminem excipit, non alieni cecutit, labitur, hallucinatur. Lib. 4. cap. 2. Augustinus verba Cypriani in eum sensum accepit, quia Cypriani mente tam alienus est, quam calum à terræ natura alienum; & illius testimonio Augustinus abutitur. Sed Cano succedat Banez 1. part. quaest. 1. art. 8. Plurimi sanctorum ignoraverunt Physicam & Metaphysicam, & fuerunt Platonici, ut patet in Augustino. Addit idem sancti Doctores, præter eos, qui canonicos libros scripserunt, spiritu humano lo-*

quiti sunt, & aliquando in his etiam, quæ ad fidem pertinent, errant. quæst. 2., art. 5. dub. circa 2. & 4. conclus. 5. de hac quaestione hæc habet, Augustini sententia de providentia Dei circa improbos non modicam difficultatem habet. difficillimè sustineri potest. Ille modus dicendi, qui consequens est ad doctrinam Augustini, satis tutus esse non videtur. vitiosa est consequentia Augustini, qui nunquam hoc dixisset, si ad malitiam huius consequentia attendere voluisset. Argumentum illud ex verbis Apostoli, quo Augustinus convincitur, facilem habet solutionem: argumenta contra sententiam Augustini facta difficulter solvi possunt. Quæst. 62. art. 1. D. Augustinus multis locis videtur asserere, omnes Angelos primo instanti sua creationis fuisse beatos beatitudine supernaturali. Sententia non caret temeritate, quæst. 63. art. 6. Argumentum Augustini nihil valet. quæst. 64. art. 4. dub. 4. Augustini videtur esse expressa sententia, demones detrufos esse in tartarum, reservarique cruciandos ad diem usque iudicii, quam sententiam multi temerariam putant. Si reliqua prolequi vellem, nullus esset scribendi finis.

CAPVT VII.

Expoflatio pro Bellarmino.

Cardinalem Bellarminum Bibliothecarius vester Caccertimè fugillavit, tom. 2. pag. 72. quasi minus fideliter sanctos Patres allegarit, ac minus plene adversariorum instantis satis fecerit: hinc, ut fertur, Sixtus V. in procinctu fuit, suspendendi illius opera, quousque accuratius perscrutentur: & tom. 4. pag. 72. dicitur suorum potius affectu, quam proprio iudicio scripsisse, Deum operari, quia voluntas operatur. Jam nonnulli ex vestris contra Bellarminum præluerant, & huic auctori præluxerant; præ cæteris, Magister Gravina in illum, dum adhuc in vivis esset, stylum suum acuere: Sed cum Cardinali Baronio non pepercerit, expectandum non erat, ut ejusdem amicissimo collegæ parceretis; ita autem unus ex vestris nomine Coinbeis Baronium perstrinxit, ut nihil unquam acrius contra purpuratum Patrem scriptum esse putem: dicit enim, illum esse ridiculum, portentosum, cacum, hallucinantem, errantem, oscitantem, procacem, audacem, falsarium, sibi non constantem, fingentem, inconsideratum, graviter lapsum. Hæc pauca ex innumeris adnoto, cum nihil aliud in huius auctoris libro habeas, nisi convicia, quibus non modò scriptores Catholicos huius temporis, verum etiam SS. Patres, Rom. Pontifices, ipsamque Deiparam immisericorditer laceravit. Huius libri confixio indies expectatur, ut Romæ semel iterumque ad me scriptum est.

Cæterum, illud quod Bibliothecarius adstruxit, SS. Patres a Bellarmino minus fideliter allegari, nemo prudens crediderit, nisi adductis testimoniis prius probaverit. Vel unus locus à doctissimo & piissimo Ecclesiæ Principe adulteratus appellandus fuisset. Mihi credere, ita Sanctos Patres Bellarminus suis lucubrationibus illustravit, ut eis probro non vertatur, ab eo citatos & laudatos fuisse, illud porro quod subnequit, illum Hæreticorum instantis non plenè fecisse satis, ab omnibus rerum istarum peritis, ut favolum rejicitur. Vellem, ut vel unam ex præfatis instantis ab eo dissimulatis, vel non plenè solutis indicasset, ut vel inde pateret, quantum hæc calumnia Bellarmino perperam afflita, manifestæ veritati adversetur. Neque hæc causa fuit, propter quam Sixtus V. libros Bellarmini suppressere cogitaverat: alia

omnino fuit, nempe inhumatum fuerat sanctissimo Pontifici paulò vehementioris indolis, ex libro Bellarmini, plus damni timeri, quam sperari lucti, cum inde sectarii argumenta exproberent; omisso solioribus & responsionibus, quibus ex pulpitis errores suos confirmabant. Hæc ratio Sixti animum non parum commoverat. Quo vita fundo, illi, qui succederent Pontifices, non modò Bellarmini opera non confixerunt, sed ipsum novis honoribus auctum in sacrum Cardinalium collegium cooptarunt.

Quod demum asserit, suorum potius affectu, quam proprio iudicio ductum de divina gratia & Dei concursu scripsisse, anilis fabula vel nenia fuit. Omnes sciunt; quàm altè, quàm libèrè contra vestram prædeterminationem legessent, quid Cardinalis de Monte, quid ipsius Clementi VIII. optimo Pontifici de hoc argumento significarit, & quid P. Eudemon-Joanni intimo suo jam morituro mandarit, ut scilicet testaretur literis, se per Dei misericordiam in ea hite decedere, quam ad eam diem & sincere coluisset animo, & suis voluminibus defendisset, ac ne de divinis quidem auxiliis, aliter morientem sentite, vel unquam fensisse, quam in controversiarum libris scripsisset. Hæc obiter indico, quæ à nullo profusissimum rerum perito ignorantur: & verò non erat, quod Eminentiſſimum Patrem de re Catholica optimè meritum, quem Maphæus Barberinus, qui postea Urbanus VIII. fuit, Sancto Carolo Borromeo virtute genitum fecit, quem Cardinalis à Montepereſtillium exemplar Ecclesiæ usibus à Deo commodatum esse dixit; Cardinalis Bandinus sacri Collegii singulare lumen, & virum sanctis Ecclesiæ Doctoribus, tantum doctrina, tum in moribus ad similem appellavit, Cardinalis Verallus alterum sæculi nostri Augustinum, Cardinalis Cobellotius sacri Senatus coronam & grande lumen Ecclesiæ; Cardinalis Valerius magna Apostolorum huius sæculi; Cardinalis de Sordis multum hæreticorum, & Theologorum veracem; Cardinalis Centinus sanctæ Ecclesiæ propagandam, Catholicæ veritatis assertorem & vindicem; non erat, inquam, quod tantum hominem adeo acerbè & inclementer exciperetis, in quo unum duntaxat vobis displicere potuit, quod scilicet ex ea Societas fuerit, quam ferè ab incunabulis, mala sua sorte, sed nulla sua culpa, vobis exosam vestri huc ulque protequi, & quæ verbis, quæ maledictis, quæ finitissimis officiis, lacerare non cessavit: miror adeo duntaxat & obstinatam illorum Patrum patientiam, nec enim mihi credite, modus illis deest reponendi cum multiplici, ut jam dixi, fore; in hoc sanè laudo, non tamen vitio versurus, si fortè aliquando, in talis consilio, cum debito inculpatæ, ut ajunt, cure, moderamine sese defendant.

CAPVT VIII.

Expoflatio pro Valentia.

Hunc præ cæteris fugilandum ac pettingendum auctor vester suscepit. Iste, inquit, Augustinus in locum coram Clemente VIII. cum nullum aliud regeretur, effugium, corrumpere non dubitavit: sed intolerandam temeritatem optimus Pontifex non tulit, & Valentiam acriter increpuit, qui tantæ correctionis fulmine perussus, præter increpuit, qui tantæ correctionis fulmine perussus, præter des Pontificis semianimis, ut jam dixi, corrumpit, underitatem domum, & Neapolim curanda sanitatis gratia missus, post Dei iudicio ibidem misere obiit. Nisi decretis Pontificis cautum esset, ne quis citra acta congregationum de hoc

CAPVT IX.

Expostulatio pro P. Gabriele Vasquez.

hoc argumento habitatum, resignatis tabulis, anilia commenta, de Valentia à quibusdam recentioribus sparsa, nullo à me negotio refellerentur. Sed quia in eundem errorem, cuius auctorem vestrum arguo, nolo impingere, mihi satis erit hæc eadem facilitate à me negari, qua temerè ab illo adstruuntur: nulla enim quam anus tam anilem fabulam contexit: essetque, quod moderatius & temperantius auctor vester virum illum doctissimum exciperet, de re literaria & fide Catholica bene meritum, quam ut multis voluminibus egregiè defendit & illustravit, ita in arenam cum vestris commissurus descendens, dum celebris illa controversia de auxiliis Romæ agitaretur, ita calumnias à vestris Molinæ affictas detexit, argumenta Bannistarum diluit, suspiciones amovit, cavillationes dissipavit, uno verbo adeo strenuè se gessit, ut dolorem inde conceptum nondum vestri concoquere potuerint.

Hæc vera est vestri adversus illum hominem odii causa, necnon implicabilis ira, qui nunquam à vobis vapulasset, si paulo remissius contra vos egisset. Tot illi hostes propria virtus fecit, utinam paulò æquiores: sunt enim suæ, ut eruentis, ita & umbratilibus ac literariis certaminibus leges, inter quas hæc præceteris suum locum habet, ut scilicet paribus armis pugnaret. Valentia his dumtaxat armis contra vos pugnavit, gravissimarum rationum pondere, concilio- rum auctoritate, luculentis SS. Patrum testimoniis, ita tamen, ut religiosa modestia, etiam in fervore disputationis suas ageret partes, & Christiana charitas suum locum haberet. Vos verò calumnias, plura quam anilibus fabulis, convitiis & figmentis perdidiculus contra illum pugnatis: fingitis illum Pontificæ correptionis fulmine tactum & percussum ad Clementis pedes semianimum corruisse, & fœnesta post aliquot dies morte, temeritatis errorisq; sui meritis poenas dedisse, sed vix crediderim, huiusmodi miraculis doctrinam vestram de divina gratia, quam ille acriter impugnabat, damnatis Janfœni erroribus, ut supra indicavi, haud parum affinem, à Deo celsius confirmatam fuisse.

Res vobis pro votis jam successerat in Bzovio vestro, qui tam multa Thomistarum adversariis, Scotistis videlicet, per meram calumniam imposuit, ut optimi quique ægerimè tulerint, & vehementer doluerint, stramineam illam accessionem aureis eminentissimi Baronii Annalibus factam fuisse. Nec est, quod aliquis dicat, prædicta illa à vestro Bibliothecario nec excogitata, nec Valentia afficta fuisse, cum multi ante eandem scripserint. Fateor ultro à multis hæc scripta fuisse; sed cum etiam à multis rejecta & refutata fuerint, & pro meritis fabulis ab omnibus habeantur, cur denuo sine teste & nova probatione obtruditis? Verbo dicam, Gregorius de Valentia fuit, qui cum omnium Catholicorum animos sibi conciliavit, ut habetur in ejus elogio, in odium Hæreticorum, quæ maxima laus est, incurrit: omnibus enim adversariis, contra quos scripsit, silentium, ac silendi necessitatem imposuit; veritas autem, præsertim ab obstinatis per vim extorta, odium parit. Clarissima extant aliorum scriptorum de Gregorio encomia, qui reverà inter Theologos sui temporis nulli secundus fuit; sed his omisiss, hoc unum omni exceptione majus obiter suggero, quod Clementis VIII. Pontifex Maximus mihi suppeditavit, qui scilicet illum, Doctorem Doctorem appellavit, ut refert Adamus Contzen lib. 5. Politic. cap. 1.

IN celeberrimum illum scriptorem ira vestra vehementer effervuit, eumque densa selectorum convitionum grandine Bibliothecarius ubique passim, sed præsertim tom. 1. controverf. prolegom. & tom. 2. cap. 6. impetivit; hic enim, si huic vestro fides habenda, Scholarum Ismael fuit, insanus, mendax, impius, superbus, qui ex nimio proprii ingenii ostentandi ardore, debitam Patribus reverentiam non detulit, sed quasi ex eorum clade sui nominis famam erigere contenderit, ad instar illius, qui Diana feno ignem iniecit. Denique ut olim Erasmus Lutherizare, & Lutherus Erasmus dicebatur, ita Vasquez pozare, vel Poza Vasquizare dicendus est. Quàm bellè, quàm eleganter & concinnè: sed ut hæc plusquam frivola rejiciam, ea tantummodò elogia apponenda sunt, quibus Gabrielem Vasquez totus orbis literarius cumulavit.

Vir fuit summo & acri ingenio, vitæ integritate singulari, candore animi, ac sinceritate admirabili, ambitionis, omnisque fastus contemptor egregius; in quo virtus cum doctrina, & cum pietate sapientia certasse videtur; utroque virtutum & literarum ornamento ita præditus, ut omnium retro sæculorum illustrissimis viris jure ac merito annumerandus sit; quem Turrianus, Hispanum Augustinum, Erice Complutensis, Academia Magistrum, Alarcon totius Societatis lumen, Basilii Pontius Theologorum hujus temporis faciliè Principem: alii denique Theologiae Solem, Magistrum Magistrorum, Angelum vitæ & intelligentia, Hominem admirabilem, Theologorum Coryphæum & Antesignanum, scholæ Theologicae & nostri sæculi magnum decus, lumen, & ornamentum; is demum fuit, qui extra ullius injuriam & invidiam, orbis doctor, ut olim Chrysostomus dici potuit, Scholarum tamen Ismaelem Auctor vester illum appellat, quasi manus illius contra omnes essent, & manus omnium contra illum. Nescio an Complutensis Academia iudicio vestro adeo faciliè subscriptura sit, & suo suffragio in vestram sententiam ultro itura.

Inicias non eo, quin Vasquez nobiles adversarios sortitus sit, quibuscum in arena literaria certandū illi fuit; sed nescio, an quispiam hujus vel superioris sæculi auctor, seu magister, plures sectatores habuerit: nempe huic homini, præceteris, solemne fuisse ferunt, ut discipuli & auditores in ejus verba jurarent, illiusque doctrinam & sententias mordicus tuerentur. Pates ab eo corruptos fuisse Mariales quæritur, quos tamen ab eo non parum illustratos fuisse constat; ita enim eorum sensa & mentem explicat, & plerumque ita feliciter exprimit, ut multa in delux eorum scriptis affulgeat. Porro licet inter disputandum de aliqua controversia, puta de visione divinæ essentia, Chrysostomum, & nonnullos ex SS. Patribus ambigüe scripsisse dicat, idque allatis collatisque locis, probare conetur, an propterea tanti criminis reus evasit, ut pro impio impostore, qualem illum Mariales vester reputat, traducendus? eique insana ambitio, immoderatum ostentandi proprii ingenii studium, damnatus error, & impietas omni impietate in prior (sic purè auctor vester loquitur) jure affingi possint? Hominem refutare potuisset, illiusque interpretationes ac conjecturas novis rationibus refellere, & con-

viniis

viris omni acerbitate maioribus auctorem doctissimum & religiosissimum impetere, Christiani decori non fuit, neque Theologici moris, & religiosae modestiae. Sed impar congressus Achilli, leonem catellus allatrat, dormientem Herculem Pygmaeus fugillat. Dicam ingenue quod sentio, ea difficultatum momenta ibidem Vasquez exposuit, quae vix unquam Mariales solvissent: sed curatio defuit, probra & convicia non defuerunt.

CAPVT X.

Expustulatio pro Fasolo & nonnullis aliis.

Fasolum, praeter ceteris, Bibliothecarius acerrimis dictis proscindit, tom. 4. praefertim, eumque *Asanum*, furiosum, mendacem, delirantem, blasphemum in Augustinum esse dicit; nec non illius praestigias & uapristigiosas phantasmata, & inolerandam audaciam exaggerat. Itane verò auctorem piissimum & religiosissimum ad rem faculenta verborum eluvie fœdari oportuit, qui omnem propemodum adultæ vitæ ætatem egit in Societate, & ob insignem modestiam omnibus amabilis & charus fuit? Quid acerbius de Calvino, aut Luthero Xantes ille scribere potuisset idem Fasolus, quid ad hæc reponendum sit, abundè me docet; nequē sub finem doctissimi manuscripti, quod reliquit de celebri auxiliorum controversia, postquam doctrinam Societatis de hoc argumento egregiè firmavit, & adversariorum rationes dissolvit, ubi tandem ad convitia, calumnias, aliaque id genus ab adversariis, Jesuitis aspersa descendit, omnia omni responsione, uno verbo sese expedit, his omnibus in diem iudicii reiectis. Eadem sit vobis hoc loco responsio: rationes oppositas Jesuitæ diluunt; contumelias & convicia ultro condonant, ac Dei vindictæ iustitiæ relinquunt; commendant tamen hostes suos divinae misericordiae.

Sed cur tam immanis ira? & quid hic homo peccavit, aut parentes ejus, ut adeò vehementer Mariales illi succentat: quia sapè à recentiorum Thomistarum placitis discessit, & D. Thomam ab eorum novis interpretationibus vindicavit; quia sententiam mediam propugnavit, & decreta conditionata impugnavit; uno verbo, quia scriptor Societatis fuit: hæc una ratio stylum vestrum adversus illum ejusdemque instituti homines instruxit, Molinam, Suarezem, Becanum, Tannerum, Amicum, quibus passim *falsitates, ineptias, hallucinationes, mendacia, blasphemias, errores temerè* affingitis, idque mirabili & nova protusus ratione; cum nec eorum verba Bibliothecarius fideliter exscripserit, nec loca citare uspiam, sed appellasse contentus, marginalibus aculeis & probrosis notis, scriptores de Theologia bene meritos fœdissimè laceravit, Molinam praefertim, cui dudum bellum indixistis, nullo licet conatu. Sed veint nolite æmulus quispiam, Molina vir doctissimus & piissimus fuit. Nempè, ut ea prætermittam, quæ de illo habent Lessius, Eudæmon, Joannes, Herice, Fasolus, alique Societatis homines, qui fortè vobis suspecti essent, non pigeat audire verba Sylvestri Maurolici lib. 3. Ocean. Relig. *cujus eruditus* (de Molina loquitur) *de auxilio præstus, postus in fornace examinis Pontificii, & sepius igne probatus, deprehensus est aurum omnibus numeris purgatissimum: ipse vero Molina in Theologia morali tantæ auctoritatis, tanta quæ estimationis in tribunalibus, & apud turiss, ut sine ullo adimittulo, aut copia aliorum auctorum, asserat lumen veritatis, decisionem causæ, certum*

litigii. Addo verba Laurentii Beyerlinck in opere Chronogr. ad ann. 1599. tit. 1. Viri illustres. Molinam suæ ætatis, eam Theologiae partem, quam majoribus dignitatem scopulis exposuit, longo usu diducit, elegantia doctrinæ lumine penitus illustravit. Omitto sanctorum re alia virorum illustrium testimonia, qui meritis Molinam in cælum extollunt. hæc habetis apud citatos auctores, quibus, si lubet, addite omnium recentissimum Hennao.

Franciscus Amicus, vir apprime doctus, stylo suavi & pressio, candidissimis moribus, & præca simplicitate, evangelica prudentia temperata. Adamus Tannerus acuti ingenio, serio, sedulo, magna apud omnes auctoritate, tum à Religiosis moribus, tum à linguae eruditione. Martinus Becanus magno etiam ingenio, ad omnem literaturam nato, cujus famam celebritatem sed didit scribendi perspicuitas, amena brevitatis, & plena doctrinæ sanæ soliditas, cum humanissima religiosæ modestiæ comitate conjuncta. De Francisco Suarez nihil dico; ipse sibi maximum elogium est. Nihil porro aliud vestris adversus Molinam abluque invectionibus obtinistis, nisi ut aliqui vestri partibus accesserint, qui contra Molinam & Molinistas declamare non cessant. Conspicis, facile quotitelligam. In hoc certe Jansenista suo munere profefunguntur. Illustres locos & fœderatos vobis gulator. Sed mirari satis non possum, quanta scribitur libertate, ut mitissimè loquar, nempe ab omni verborum asperitate abstineret, quanta, inquam, libertate Auctor vester uno *replicet*, vel *subintrat*, uno vel altero verbo, firmissima rationum momenta disijciat, vel potius disijcere sibi videatur, nec difficiles nodos explicare, omnesque Jesuitarum machinas diruere. Sed mihi credite, cum his hominibus agitis, qui in Philosophicis & Theologicis disciplinis saltem mediocriter versati sunt: quibus sanè mirum accidit, quod tam levitatione ductus Bibliothecarius vester, propter metas trices scholasticas, inquisitionem de auxiliis excipiam, in gravissimos & doctissimos homines acerrimè & atrocissimè invecit sit, ea scilicet verborum eluvie, quam vix doctores Catholici contra Heterodoxos adhiberent.

CAPVT XI.

Expustulatio pro Joann. Bapt. Poza.

Vix sine rubore iustavi oculis atrocissimæ convitia & probra, quibus Joan. Bapt. Poza Bibliothecarius vester cumulavit: Causam Poza defendendam ac vindicandam minime tunc epi satui, illius scripta à Sancta Congregatione prohibita & confixa fuisse, & in eum, cum à scribendo pro sua defensione minime abstinere, graviter fuisse animadvertum; sed quod illam pro damnato heretico Nazario traducat, & rebellem Ecclesiæ, nostrorum temporum antichristum, blasphemum, impium, Satanis autem, periculum Ecclesiæ Hostem, os infernale, Luciferi odinatorem apostoler, aliaque ejusdem furfuris elogia illi passim occurrunt, praefertim tom. 1. contr. Prolegom. & tom. 4. p. 460. nunquam haud dubie sacra Congregatio probabit. Et verò religiosum hominem, qui in Ecclesiæ unionem semper vixit, & piissimè vita sanctus est, univervo Clero, & tota civitate, præter notum, quous, vel exequas prosequentibus, & quædam

unquam Ecclesiasticæ censuræ, nullum fulmen Apostolicum afflavit pro merito puto hæretico haberi, atque traduci, idque auctoritate privata, à Xante Mariales nescio quo, intolerandum profecto videtur.

Sed quid tandem os illud infernale in cælum blasphemavit? non excuso illius scripta, in iis tamen nullam hæresim, nihil quod divinæ fidei adversetur, invenio; vel unum illius errorem in fide auctor vester appellasse debuisset, quem Poza, afflante, ut ait, diabolo, scriptis mandasset, sed altum de Poza erroribus silentium. Ingenue dicam, quod sentio, in Poza tria vobis summo per se displicuerunt; in primis ardentissimus illius erga immaculatam Deiparæ conceptionem affectus, Poterat quidem, quod ultro fateor, à nonnullis questionibus abstinere, quæ ad sanctissimæ Matris honorem & gloriam nihil aut parum conducunt; sed hæc modicum vos afficiunt, & meritis obtentus fuit; ea tantum, quæ paulo liberius scripsit de in tamato conceptu, vos pupugerunt; Alterum est alienus, quem præ se ferre vobis videtur, à Doctore Angelico animus, cuius aliquas opiniones ab Ecclesia minus probatas fuisse testatur. Rem non discuto; sed an propterea Antichristus vocari debuit? An fortè S. Bonaventura, an Scotista & Nominales, quia Thomistarum placitis ex professo, ut ajunt, deservierunt; an Durandus, qui ferè in omnibus; an Cajetanus, Hervæus, Catarinus, qui in multis à Sancto Doctore discesserunt, vel hoc nomine, blasphemæ, impietatis, damnatque erroris insinulandi sunt? An fortè quisquis Thomista non est, peritus Ecclesiæ hostis habendus? dii meliora Reverendi Patres: miror sanè, vereor, osculor Doctorem Angelicum doctrinam; non tamen crediderim, eam Christi fidelibus credendam ab Ecclesia propositam fuisse. Sed de hoc iterum infra.

Ultimum denique in Poza vobis displicuit, quod multa in Sancto Aquinate à vobis expuncta, corrupta, & adulterata, immò & illi afflicta fuisse, scribere non dubitatis; Bibliothecarius vester, rationes illas, quibus à se dictis Poza fidem fecit, discutere debuerat; nec erat, quod ea propter se infernale, & satanicum vocaret; nonnulla ipse indicavit; sed mihi credite, non defunt alii viri doctissimi, qui congestis in numeris ferè testimoniis, idem adstruxerint, si tamen nec hostes Ecclesiæ, nec impii, nec blasphemæ, nec satanizantes, nec spiritu diabolico afflari fuisse dicuntur. Sed præ illis Poza mitissimè loqui visus est; immò ingenue dicam, si vel obiter indicare per vos mihi liceat, ad indagandam explorandamque Doctorem Angelici mentem, vix Pozam ulli secundum esse, vix ulla majorem diligentiam & industriam adhibuisse, ut in hoc argumento verum à falso discerneret. Alia quæ scripsit, non defendo; censuram in eum latam lubens ac devotus osculor. Ceterum charitatis Christianæ non fuit, ne dum iustitiæ, sacerdotem Catholicum tam horrendè maledictis proscindere: Qui dixerit fratri suo ratha, &c.

CAPVT XII.

Expostulatio pro ipsa Societate.

Cum singulos seorsim Societatis auctores Bibliothecarius vester perstringere non posset, totam Societatem generatim aggressus est, & multa in illam debacchatus. Primò enim Societatis divitias, perinde prorsus describit & exaggerat, atque si ex pupillorum ac viduarum defæcatione succo expressæ & conflata essent; eo scilicet animo, ut popularem Jesuitum inviam conciliet; sed recoctam crambem, & ab iis qui contra Jesuitas scribere satis superque veritatem de-

nuo versare & apponere non debuerat. Quisquis rem hanc penitus inspicit, aliter censet, cum jam omnibus ferè perspectum sit, multa Societatis Collegia non tantum superfluis opibus non assuere, sed non mediocri laborare penuria, & multo ære alieno gravari. Annui reditus unius antiquæ Abbatiæ, annuos reditus superant vel adæquant, quos Jesuitæ in tota Gallia vel Italia percipiunt. Ad quid porro juvant divitiæ, nisi ad accendenda commodioris vitæ subsidia? sed in domibus Societatis, ut rerum penuria solum frugalitatis vitæ modum non minuit, ita nec copia extendit, vel augeat: religiosæ paupertatis ratio semper habetur. De vestris nihil dico, quid enim ad me? si tamen vel ratio, vel necessitas id postularet, non pauca mihi exempla suppeterent, quibus haud ingratis antichæses & parallela Jesuitas inter & alios in hoc genere institui possent. Parum abest, quin unum ex istis appellem, qui tam copiosam rei domesticæ suppellectilem moriens reliquit, ut aliquot nummorum millia prorsus adæquaret; quingenta industria lineæ facile numerabantur, ex subtiliore ac molliore, ut vocant, Cameracensi. In hoc sanè Jesuitæ patrono, vel defensore non indigent; jam enim illa suspicio evanuit, quam de illis hæretici primùm, tum deinde Politici, populo iniecerant. Utinam illæ opes adessent, non immoderate quidem, sed quæ saltem sufficerent ad penuriam sublevandam, & contracta nomina expungenda. Quod autem pupillos & viduas suis facultatibus spoliaret, mera calumnia est: vix sciunt conservare suas, quomodo raperent alienas? vel unum casum Mariales vester appellare debuerat, ut dictis à se fidem faceret. Sed hanc calumniam jam alii refutarunt, Gretserus, Tannerus, & nonnulli alii Societatis Apologistæ. Jesuitæ literis & functionibus Evangelicis operam navant, suntque rei economicæ non parum fortè imperiti, ut nonnullis probè perspectum est. Perperam igitur Mariales vester scripsit tom. 1. pag. 71. De opulentia Societatis, inquit, non est, quod dicam; satis superque loquuntur lacrymæ, dixerit quispiam, eorum, quorum pauperes vos ditavit: Si religio Templariorum non tanta fuisset opulentia, forte hodie floreret. Illud tamen sanè comparationem.

Secundum accusationis caput non parum admirationis plerisque attulit; dicit enim Bibliothecarius tom. 2. pag. 72. nihil prorsus esse in scriptis Jesuitarum, quod illorum sit, præter pedanticam eloqui venustatem, sunt enim, inquit, Jesuitarum scripta pandorica, ex aliis mutuata, ex alienisque confarcinata: Itane verò? Jesuitæ literis parum valent? in gravioribus disciplinis parum versati sunt? non nihil tantum latinitatis & pedagogicæ eruditionis, ad fucum doctrinæ faciendum præ se ferunt? Itane verò, inquam, Suarez, Vasquez, Valentia, Molina, Torrez, Lessius, Lugo, Hecice, Tolemus, Bellarminus, Coninck, Præpositus, Tannerus, Becanus, Fasolus, Amicus, Ariaga, Oviedus, Meratius, Martinonius, Petavius, Annatus, in Theologia Scholastica rudes tyrones fuerunt? Sanchez, Castro-Palao, Reginaldus, Layman, Filucius, Fagundes, Comitulus, in Theologia morali? Conimbricenses, Ruvijs, Mendoza, Telez, alique fere innumer in Philosophia? Clavius, Guldinus, Greimberger, Gregorius à Sancto Vincentio, Tacquetus, Lalovera, in Mathesi? in sacra eruditione Sirmondus, Fronta, Ducatus, Turrianus; in prophana Bulengerus, Scribanus, Causinus, Cerdas, Pontanus, Raderus, in historia Salianus, Massæus, Strada, Cardinalis Palavicinus, in Polemica Gretserus, Cottonus, Richeomus, Gualterius, in sacra scriptura exponenda Cornelius à Lapide, Sanctius, Serrarius, Pineda, Lorinus, Maldonatus,

natus, Ribera? isti omnes, præter alios ferè innumeros, si Mariales fidem inventat, nulla pollent prædictarum disciplinarum scientia.

Sed bonus sum, qui hanc notam diluo, quam Romani Pontifices suis diplomatis; Eminentissimi Cardinales, Illustrissimi Præsules, gravissimi Doctores, alique doctissimi homines, suis literis & testimoniis diluerunt, quam demum vox omnium populorum expunxit. In hoc cum recentioribus heterodoxis auctor vester convenit, qui Jesuitas ignorantie insimulant: ad populū phalaras: hoc ritu potiùs, quàm refutatione quapiam excipiendum, Nec facile Mariales inveniat, qui à se dictis fidem habeant, nisi ipse conducat. Quis enim illi homini cedat, qui præ atrocibus maledictis, quibus to. 2. cit. contr. 5. cap. 6. Jesuitas profcindit, horrorem legentibus incutit, non fidem extorquet, hoc loco decretum contra Ribaldi li. 6. m. appellat, perinde atque si caeleste responsum esset, vel Constitutio Apostolica, vel Canon Concilii generalis in materia fidei, licet factum sit ab illa Congregatione, cui nullo modo Urbanus intererat. Jesuitas etiam perstringit, sed nihil illæ proflus ad Jesuitas, qui à sancta sede illarum abrogationem procurarunt. Nisi à jocis temperandum mihi esset, non modicum res monialium mihi jocandi argumentum præberent: sed abstinco, cum expostulandi duntaxat, non jocandi & recriminandi provinciam susceperim.

Quod spectat ad confessionem per litteras, à Clemente VIII. damnatam, illam multi ex vestris ante Suarè docuerunt, quibus profecto vitio non vertitur; cum eo tempore confixa non esset. Uno verbo, aliquas laudes, quæ certè non sine maxima modestia & moderatione Bæza scriptoribus Societatis asperserat, ad eò ægrè tulit, ut vel hoc nomine ingenuum illum scriptorem ea verborum atrocitate perstrinxerit, quæ Christianæ aures ferre non possunt, & quam nullus juratus hostis, modò ingenuus sit, unquam probabit. Sed in re ad eò manifesta diutius hætere non decet.

Tertio loco ipsam Instituti Societatis animam perit, Constitutiones scilicet, inter quas unam esse dicit tom. 1. contr. prolegom. pag. 33. ut non obstante sigillo Confessionis, manifestentur superiori consentium inclinationes, ne cum eos ad missiones destinaverit, in destinatione referret. Citare debuerat partem Constitutionum, caput, numerum, & nihil tale reperit; & verò reperire non potuit, cum illæ continere non possint ad eò crassum errorè, utpotè quæ à Paulo III. Paulo IV. Julio III. Gregorio XIII. Paulo V. non sine accurato examine, & multiplici commendatione approbatæ, & confirmatæ fuerunt; vel intactæ relictæ. Nunquam autem sedes Apostolica fictitiam illam Constitutionem, quæ sacro sigillo ad eò adversatur, approbasset. Illud igitur à Bibliothecario vestro temerè, falsò, & calumniosè, non sine gravissima injuria sanctissimi Fundatoris & sanctæ Sedis assertum est. Crimine ab uno disce omnes; cum in re tam gravi, tam sancta, manifestam calumniam affingere non dubitet, quid ab eo in cæteris sperandum; & verò est, quòd viri omnes cordati intuentur, à Doctore Catholico hæc scribi, & ab hominibus religiosis spargi, quæ fortè Sciooppio, vel cuiuspiam ex novatoribus condonari possent, in viris tamen Ordinis vestri primoribus, nullus Catholicus toleranda esse dixerit; Christianissimi Reges alique Principes Catholici, & nonnunquam Romani Pontifices Jesuitis utunter confessariis, quorum certè operam in hoc sacro ministerio non adhiberent, si nullam ab iis sacri sigilli rationem, per suas Constitutiones, haberi scirent: crimen est, quòd flammis duntaxat ulticibus per sacras

leges explatur; hoc tamen, si Bibliothecario vestro habetur fides, Societatis Constitutiones non excutit modò ac tolerant, verum etiam impertant. Sed illi Concilium Tridentinum laudavit, & Romani Pontifices multiplici diplomate, non sine accurato examine probarunt & confirmarunt: in quo, si fallor, Ecclesia, quidquid Canus vester sentit, pro sui Societatem charitate, errare non potest. Quid in Ecclesia Romanam atrocius jactari possit, non video, cui scilicet parum Catholicam affingitis calumniam, quasi approbat, laudat & confirmat illas Constitutiones, quæ sacri sigilli violationem mandant. Eundem furfuris est, quòd ibidem habet, in Societate hanc constitutionem esse, ut omnia occulta manifestentur superiori, prætermissa correctione fraterna; cum tamen nulla Constitutio his verbis & hoc sensu habeatur. Res crita est, de qua nonnulli jam scripserant, tum in Hispania, tum in Italia: sed omnia, quæ opposui sunt, Franciscus Suarez tom. 4. de Relig. more suo solidè refutavit. Quasi verò quispiam juri suo renuntiare non possit, ac velle ultro, ut correctio fraterna paternam commutetur. In hoc certè Auctor vester multa correctione indiget, quandoquidem in fratre suos tam iniquè peccavit, publicè tamen non peccavit, cum publicum peccatum sit, illudque, meo iudicio, gravissimum, utpotè qui de sede Apostolica trahat, ut ab ea sacrilegas Constitutiones approbatus sit, scribere non veretur, ac proinde illam turpe errasse, in approbatione Instituti Societatis, ad eam substantiam præfata Constitutio pertinet. Quod hoc Sanctissimus Pontifex, quid Eminentissimi Patres judicare debeant, lectori cogitandum relinquo.

Non est, quòd hujusmodi calumnias exagecet (admodum RR. PP.) cum res per se ipsa manifestæ, & Mariales vester nescire non potuerit, quàm grave censuræ latæ sint adversus illos, qui Constitutiones Instituti Societatis impugnare ausi fuerint, & potiore jure in eos, qui primarios errores istidem arguant: hæc ultra non urgo, quia res mihi est cum Catholicis, qui Ecclesiæ ite fulmina veteri debent. Quis unum ex vestris vel tantulum idque haud immerito carpat, puta Cajetanum, Canum, Baneum, Guvinum, quem Mariales sanctissimum vocat, licet calis & convitiis illius scripta horrida sint, exclamatio illud, vibratis anathema, ferri, ignis, & bullæ peratis; festuca in aliis ferre non vultis, trabem vobis in trabales calumnias in hoc vestro, non modò toleratis, sed laudatis, probatis, & collata opera promoves.

C A P V T XIII.

Expustulatio pro scientia media.

Nonnulla de hoc argumento cap. 4. generatim atque obiter indicavi, quæ hic singulatim præstare tamen exponam, scientiam mediam, illam scilicet, quæ Deus ea cognoscit, quæ sub tali conditione futura sunt, ut blasphemiam in Philosophiam, Theologiam, & Deum ipsum, ut citato loco jam dixi, Bibliothecarius vester traducit. Sic olim ex proceribus vestris nemo etiam genuflexo, ex scientia media omnes hereses ortum dixisse dicebat. Sed rationibus ageudum fuit, non probis & convitiis, quòd sanè ingenuum auctorem non decet: quid portò novi luminis auctori vestro affulserit, non video, ut rem hanc rotundum ante discussam denuo ipse versaret. Argumenta vestra, quibus scientiam istam impugnatis, non solum soluta & diluta proflus fuere, & vitissimum est, quòd nonnemo inconfutem-

istis non ita pridem dicebat, difficultatem quandam insuperabilem superandam, & argumentum insolubile solvendum restare. Quod ubi acceperim, sum sanè continere non potui, cum res jam trita sit, & centies discussa, & nemo hæcenus vel probabili ullo argumento ostenderit, objectum sub tali conditione futurum supposito generali decreto, quod Deus causis secundis liberis concursum indifferenter paravit, non esse objectum in seipso scibile, præciso omni decreto præterminante conditionato. Ut enim absolute futura, decreta præterminans absolute non possunt, ut à Deo cognoscantur, ita nec conditionata futura, conditionata. Sed quæro vos, quid tandem blasphemum in Philosophiam scientia media præferret: quid à recta ratione alienum? si enim Philosophiæ & rationi consonat, id quod est merè possibile, alicujus scientiæ objectum esse; item illud, quod est merè futurum; cur quæso illud, quod nec est merè possibile, nec merè futurum, sed tantum sub conditione, alicujus scientiæ objectum non erit? Si ego probabilissimè conjicio, quid à me, vel ab alio fieret, si talis conditio ponatur, quis Deo certam ejusdem objecti notitiā tribuere vereatur? Cognoscit Deus, inquit, futura conditionata, in decreto conditionato; ut absolute futura, in decreto absolute, scilicet præterminante: decretum illud præterminans tribus illis argumentis, quæ huc usque solvere non potuistis, nec solvetis in posterum, sæpè ac sæpius expugnata sunt; nec vos unquam vel ullo probabili argumento evictis, objectum futurum in decreto dumtaxat à Deo cognosci posse, hoc enim eadem facilitate negatur, quæ adstruitur.

Nullam igitur blasphemiam in Philosophiam scientia media inexit, nedum in Theologiam, quæ sanè hujus scientiæ operâ, liberum arbitrium cum divina gratia probe conciliat, & divinæ voluntati præluceat ad decernendum auxilium efficax illud præferunt, quod secundum propositum Augusti vocat. In Deum denique blasphemia non est, cum divini attributi, scientiæ scilicet, indemnitati consultat. Deus enim, ut suus est intellectus, ita est sua intelligentia, & scientia, id est expressio omnis seibilis: si ergo id quod conditionatè futurum supponitur, scibile est, is, qui à Deo illud sciri & cognosci dicit, in Deum blasphemum non est, sed pius divinorum attributorum assertor & cultor. Odiosam etiam & execrabilem illam scientiā vocat; vobis certe maximè odiosam, quorum adversus Jesuitas plusquam vatiniā odium excitavit; quam obrem verò vultis dicam: meta fuit contentio; nascentem Societatem obruere voluistis, quod si forte aliquid boni luminis diffunderet; Solille Thomisticus minimā stellam de suo splendore ferre non potuit. Molinam hujus scientiæ, non quidem auctorem, sed primarium propugnatorem detulistis; ista tamen non modo indemnis evasit, sed retorto, ut ajunt, argumento, minima illa stella, alioquot maculas soli vestro inesse ostendit, sed an propterea odio vestro & execrationibus digna censenda est? Cur igitur illam vestri diris execrationibus prosequuntur?

Falsum est illud, quod Bibliothecarius perperam asserit, scientiam mediam ab omnibus Academicis, ut monstrum, rejectam esse. Paucas haud dubiè Academijs recenseret, si Thomistas & nonnullos alios excipias, quæ scientiam mediam non admittant. Nec sanè video, quid monstri insit, objectum per se scibile ab eo sciri, qui omnia scit, etiam præciso omni decreto conditionato. Quod autem scientia media à Sancta Sede fuerit damnata, pace vestra dixerim, mera est fabula & calumnia. P. Franciscus Annatus, Sacre Romanæ Inquisitionis decretum libro à se scripto de

Part II.

hoc amento præfixit, quo doctrina in eo contenta ab omni censura labe immunis declaratur. Illa declaratio Clementis VIII. fictitia est, nec illa, aliavè Acta, quæ vulgò circumferuntur, auctor vestre citare potuit, quod binis decretis ejusdem Sanctæ Romanæ Inquisitionis vetitum fuit. Quid verò tandem de ista controversia futurum sit, nescio; si tamen conficere licet, damnatis quinque propositionibus Jansenii, doctrina Jesuitarum, quæ illis ex diametro opposita est, nunquam damnabitur. Unum scio, Jansenistas passim doctrinam vestram sibi arrogare, & auxilium præterminans per se intrinsecè & præcisè efficax. Accedit, quod nullum unquam Jesuitam vidi, cui pergratum non accideret, prædictam controversiam ab Ecclesia definiri. Nullum tamen ex vestris nactus sum, cui præfata definitio ingrata non esset. Quisquis à Iudicè damnari timet, de suo jure parum certus est; ille longè certior, qui Judicem importunis precibus sollicitat, ut causam decidat. De hoc argumento multa eaque grandia volumina extant; unus Suarez quinque suppeditat, digna certè auctore suo, in quibus rem totam apprime discussam habetis: hic autem de auctore vestro expostulo, qui, cum rationibus agere debuisset, probis & convitiis, iisque atrocissimis agere voluit. Reponere possem cum favore, sed absit; cum hoc loco meram expostulationem, non rectriminationem, ut jam dixi, adhibeam.

CAPUT XIV.

De scripto Francisci Roales denuo edito expostulatur.

Bibliothecarius vestre tom. 1. contr. prolegom. libellum famosum, scriptum scilicet acerbissimum & contumeliosissimum Francisci Roales, horrendis scatens calumniis & contumeliis contra Societatem, vulgat, profert, laudat, & malignis suis, licet ironiis, commentariis illustrat, immò illud idem to. 4. circa p. 460. rursus seorsim editum habetur, ibique commendat auctor vestre fervorem spiritus, qui per calamum & os celeberrimi Roales loquutus est; cum tamen, quantum vis dissimulet, ignorare non potuerit, libellum famosum pluribus ante annis, anno scilicet 1634, die 1634. die 29. Maii, de mandato Inquisitionis Generalis, non tantum sevetissimè prohibuit, verum etiam Madriti, tanquam impium, calumniosum, alienum ab omni veritate, plenum calumniis contra aliquos Societatis religiosos, & contra Religionem tam sanctam, de Ecclesia bene meritam, (sic enim decretum habet) solemnè infamia combutum fuisse, ut manifestum est ex testimonio Illustrissimi Inquisitoris Generalis D. Antonii de Soto Major, Archiepiscopi Damas. ex Ordine S. Dominici, ipsius subscriptione & sigillo munito, item ex testimonio Secretarii Sanctæ Inquisitionis Toletanæ, de modo & fama executionis, quorum omnium apographa authentica hinc oculis vidi, de quibus forte si dubitetis, ea in lucem edere non verebor.

Sed quid quæso hæc ad controversias scholasticas, quas Bibliothecarius discutiendas suscepit? Libellum illum famosum à sua Bibliotheca abesse noluit, cum ipsa ferè tota famosa sit, sed quæ conscientia? Nefandū est hujusmodi scripta legere, scribere verò piaculū, quid tandem in lucem edere? rem non amplifico, quæ satis per se ipsa patet. Calvinistæ & Jansenistæ fœderato auctori vestro præluxerant, in ipargedis contra

Fff

Jesui

Jesuitas hujusmodi libellis. Literas illas Montalcii Apostolico decreto confixas, in quibus plures calumniae, quam syllabae, plures aculei, quam apices esse videntur; Notas Wendrokii ultreicius flammis, edito regio, post doctissimorum hominum censuram, publici auctoris manu traditas; scripta illa famosa Ogdoadis toxico & felle condita Bibliothecarius legerat, ut hujus Archetypi maledictoriae haud impar apographum exhiberet, libellumque in cineres à 27. annis Madriti redactum, in exosam lucem revocaret.

In hoc iustitiam & charitatem vestram, Reven. Patres; licet enim cuiuslibet haeretico, vel impio hic agendi modus condonari possit, religioso tamen scriptori, & Catholico Theologo Doctoris Angelici interpreti condonabunt quidem Jesuitae, qui malum in bono vincere didicerunt, nemo tamen gravissimi scandali rem esse non dicat, ut ea scribere & in lucem edere auctor religiosus non dubitet, quae vix sine rubore & reticito nomine, quispiam haeticus scribere non vereretur. Par pari non referat; exposulasse apud vos contentus qui libellum illum compilari, & typis mandari curastis, eumque typis mandatum sparsistis, ac per primores totius Ordinis Eminentiis, Cardinalibus multis sanè, si non omnibus, distribuitis. Nec est, quod a quis opponat libellos famosos contra Ordinem vestrum à Jesuitis editos fuisse; nullum enim unquam libellum famosum contra vos à Jesuitis editum legi. Equidem rei necessitas & veritas aliquando postulant, ut nonnulla publicentur, iustae & moderatae defensionis iure, quae cum veritate consentiant nemo tamen libellum famosum dixerit, qui ea dumtaxat contineat, quae iam publica sint, & cum veritate conjuncta; sed ne obductas cicatrices refricem, calumiam sustineo.

CAPVT XV.

Libri confixi Jesuitis perpetam exprobrantur.

Hic magnas Tragœdias Bibliothecarius vester excitat & aliquot scriptores Societatis, quorum libri Romae confixi sunt, ea verborum atrocitate perstringit, quae, ut mirissime loquar, Theologum non decet, ne dum hominem religiosum. Ii sunt Rabardus & Poza, alii; quos sub Novatorum nomine comprehendit. fateor, ut jam indicavi supra, Rabardum librum confixum fuisse à Congregatione Sancti Officii, in Conventu Sanctae Mariae super Minervam, ut praefert titulus conditi decreti, non tamen coram Pontifice in Quirinali, aut Vaticano habitae; & licet illius libri doctrinam minime approbem, illas tamen haereticas satis distincte non video, quae in eo generatim contineri dicuntur; paratus licet easdem distincte damnare, ubi ab Ecclesia distincte proponuntur; verum autem praedicta confixio sufficiat, ut liber, auctor, complices & approbatores ab Ecclesia, id est à Romano Pontifice ex Cathedra loquente damnati censentur, unus forte Dominicus Gravina, non tamen alii Theologi dixerint.

De Poza jam supra dictum est, cujus errores ab auctoribus vestro congesti in eo positi sunt, quod erga Sancti Thomae doctrinam minus propensus sit; quod illam ut infallibilem errorique minime obnoxiam non admittat, quod in ea nonnulla observet, quae cum praesentis Ecclesiae usu parum consentiunt. Poza libros à Sancta Congregatione confixos non approbo; haec tamen, quae illi Mariales opponit, tam

gravis erroris damnare non ausim. Agnosco quidem & fateor ultro, Doctorem Angelicum civilissimum lumen & columen Ecclesiae esse, eumque non bene modo, verum etiam optime de Christo, de Theologia, & Philosophia scripsisse; hoc ipsum, semotum Celsi testimonio. (quod tamen adiusse non nego) a deo perspicuum est, ut nemo nisi bardus & auctor negare possit; nullus tamen sane mentis opinor, inde deducet, infallibilem fuisse, errorique minime obnoxium, quod libris dumtaxat canonicis compertis, nemo dixerit errare illos, qui oppositam doctrinam profitentur; quod sanè Alexandro de Alex. Magistro Sententiarum, D. Bonaventura, Scoto, Gabriel, Gregorio Acimineni, aliisque innumers, in Scoti & Nominalium schola celeberrimis doctoribus malè ac pessimè verteretur, alioquin eadem praerogativa D. Bonaventurae tribuenda esset, quem Ecclesia doctorem optimum, sanctae Ecclesiae lumen, doctorem vitæ appellavit, & cui Romani Pontifices, ut dicam infra, haud inferiora elogia tribuerunt.

Jam verò per vos mihi liceat, unum ex vobis quare; cur non pauci Jesuitarum libri & celsissimi Thomistarum Romae confixi sunt? forte palmarum illud vestrum obtruderis, D. Thomae doctrinam erroris obnoxiam non esse; ac proinde nemini mirum accidere, quod libri, qui eam continent, non damnentur. Multa sanè occurrunt, quae reponam; prima, praedictam infallibilitatis praerogativam fidei esse; deinde doctorem Angelicum doctrinam, in aliquo saltem capitibus, variam, obsecram, abutulam videri; hinc multi Thomistae super his inter se dissentiunt; praeterea recentiorum Thomistarum doctrinam in materia de auxiliis D. Thomae non esse, non sanè, sique gravissimi scriptores demonstrant; quod autem spechat ad aliam controversiam de immaculata Conceptione, jam constat, in quam partem Ecclesia propendat, licet neutram deciderit: haec duo sunt capita in quibus Jesuitae à vobis dissentiunt; de quo quis enim, quae ut plurimum ad metristicas scholasticas pertinent, sunt parum solliciti. Denique, si de ripotu, ut aliquis ex vestris Sancti Doctores autem assecutus non fuerit, ac proinde de excessu veritatis; alia igitur causa est, quae libros vestros à celsis Thomistarumque potestate polita est. Vestri enim Sanctae Congregationi Indici praesentantur, quod sit, ut de paucis libri vestrorum deferantur; quoniam ad eam Iudicem adeat, cujus agitur causa; & si alii qui deferantur, vel censura decretum supprimatur, vel in longum protrahatur causa, ac proinde oblivione neglecta delectur; unum vel alterum exemplum, quod a rebus omni exceptione majoribus accepi, obiter suggero.

Libri P. Francisci Combes, de Monothelismo jam dudum ad sacram Congregationem delatus est, & censores deputati, qui librum illum recognoscere, dignum sanè graviore nota, quorum aliqui egregie suo munere defuncti sunt; prohibente tamen Secretario, obtineri hucusque non potuit, ut praedicti libelli publico decreto cogeretur. Aliud lepidum patet. Delata fuit haec vestra Bibliotheca quatuor voluminibus distincta ad tribus Sancti Officii, & communis Eminentiissimorum Patrum decreto damnata. Decreti promulgatio vestris actibus primò in longum protrahitur, cum censura mitigata, accessione hujus clausulae, donec completur, quasi verò aliter quam una litorea opus illud convitiis & calumniis horridum castigari possit.

hæc demum causa, eadem industria, vel potius potentia ad sacram Congregationem Indiciis remissa est, nullum unquam finem habituræ: est igitur, quod de hac iniustitia optimi quique expostulent. Sed damnatus est Coqueretius, inquit aliquis, id sane casu, & præter mentem; cum enim vultum P. Lemos radiis coruscantem vidisset, ad hæc non parum Urbanus excauduit, à se unquam visum esse negavit, iussitque, ut liber in confixorum album referretur, ut jam supra indicaveram.

Alii verò libri præsertim Jesuitarum, nullo aliquando delatore configuntur, & si forte à censoribus primū deputatis liber à censura immunis iudicetur, alii deputantur à Secretario, idque repetit storiæ recognitionibus, donec tandem aliquis vel malè affectus, vel parum æquus librū pro meritis quandocumque apicibus & suspitionibus, confixione dignum reputet. Non desunt exempla, quæ jam omnibus fere comperta sunt; & si vobis ardescere intellexero, ea facile appellabo. Cæterum præter Rabaldum & Pozum Bibliothecarius vestros alios Jesuitas non appellat, quorum libri confixi fuerint, eos tantum suspecto Novatorum nomine indicat: sed pace illius dixerim, hoc nomine Hæretici dumtaxat nuncupari solent, ut Calvinistæ, Jansenistæ; & quo jure Jesuitas hujusmodi hominibus annumeret, divinare non possum, cum doctrina Jesuitica Jansenianæ sit protius opposita. In eos potius appellationis elogium quædat, quos sibi Jansenistæ, invitos licet, scitem ut præcedo, in doctrinæ communionem adfiscuntur: nempe Jansenistæ plenis buccis clamant, damnat se pro auxilio prædeterminante per se introsecit & præcisè efficit.

CAPVT XVI.

Modus editionis reprehenditur.

Iusto Dei iudicio accidit, ut fraudis Architectus propriis casibus irretitus fuerit, & incidere in foveam, quam ipse fecerat. Profitetur enim Bibliothecarius vester, in prima libri fronte, & tom. 4. initio totum opus typis mandatum fuisse anno 1638. nempe cum ubique patim agat de auxiliis, ac præsertim tom. 4. latè ac fusè, quod tamen per pontificia decreta Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. vetitum est, ne prædicta decreta violasse videretur, finxit, librum typis mandatum fuisse, antequam illa cõderentur; iust tamen de causis anno tantum 60. promulgatum fuisse; sed mendacem oportet esse memorem: si enim liber impressus fuit anno 1638. quomodo ea cognoscere potest, quæ anno duntaxat 1643. contigerunt? Meminit enim Mariales vester to. 1. & 2. decreti contra Rabaldum librum conditi, prædicto scilicet anno 1643. Igitur pusillud anno 1638. typis mandatum non fuit, nisi forte prophetiam scripsisse, non verò h. storiam narrasse, auctor iste dicendus sit. Et verò prophetiam agi aliquando, falsum tamen, opinor, ut tom. 2. pag. 71. ubi ruinam & ultimum Societatis excidium temerè prædicat, eamque cum Templariorum ordine comparat.

Subobscurè deinde indicat, facultatem edendi hunc librum à benignitate Ecclesiæ obtentam fuisse; sed haud dubie subreptitiam fuisse oportet, cum nec annum, nec diem, nec modum, nec auctorem concessionis appelleret. Præterea nemo pius unquam

Part II.

crediderit, facultatem ab Ecclesia concessam fuisse, ut tanta vis, seu colluvies convitiatorum & calumpniarū ederetur. Ille profecto de optima parente Ecclesia sinistrè sentiret, qui ad eam impiam indulgentiam illi affingeret. Denique cum falsa sit causa pro obtinenda illa facultate allegata, scilicet opus illud jam ab anno 1638. fuisse impressum, vel inde concessio illa subreptitia censenda est. Nihil igitur fraude illa, seu fictione manifestius. Accedit, quod liber nullam præfert approbationem Ordinarii, nec Superiorum Ordinis, contra leges Lateranens. Trident. & Indiciis. Si quidem ex his novatoribus, sic enim Jesuitas appellat, relicto, vel ficto nomine, hoc ipsum faceret, improbarem utique, sed longe facilius condonandum esse putarem, quam homini Ordinis vestri, cui cum prædictarum legum cura singularis credita sit, majoria in eò fidelitas desideratur.

Si quis vel libellum aliquot foliorum typis mandaret, sine licentia & approbatione, in eum illic itaquam in perduellionis reum involatis, & seculum caput diris omnibus devovetis: Auctor vester quatuor grandiores tomos sine licentia & approbatione in lucem edidit, & tacetis tacere parum est, approbatis, applauditis, eoque proceribus Ecclesiasticis distributis. Pudet autem quædam ederet, approbasse, post editionem, distrahare non pudet. Falsi hominum recta iudicia iudicare, & reputare apud vos, utrum iustam de vobis expostulati causam præbeatis. Cæterum parum apponit, ut jam supra monui, Jesuitas auctor vester novatores appellat. Hoc nomen Calvinistis & Jansenistis probe convenit, qui nunquam Jesuitas in suorum errorum communionem adseverant, cum tamen se puros Thomistas in re divina gratia passim prædicent; ac doctrinam Calvinii de divina gratia Tridentinum, Jansenii Innocentius & Alexander damnarunt. Reclamabitis utique, sat scito; vos videritis: hæc obiter indico, ut omnes iudicent, vobiscum Jesuitis Novatorum nomen aptius conveniat. Ex his autem apparet, quam fidem mereatur auctor in multis aliis, quæ toto opere temerè profere adversus Societatem, ejusque scriptores, quæ propter qui in re tanti momenti mundo imponat, prohibendolibrum illum typis mandatum fuisse anno 1638. cum tamen ea contineat, quæ gesta sunt anno 1643. item hoc opus editum obtenta Ecclesiæ licentia, cum tamen nunquam illa obtenta sit, aut si obtenta fuit, ipsi Ecclesiæ auctor imposuerit, allegatâ causâ falsâ & fictâ, ad eam licentiam impetrandam.

CAPVT XVII.

Decreta Sancti Officii Mariales eludit.

Hæc omittere poteram, quia tamen satis magni momenti res est, dicam obiter, auctorem vestrum ita Pontificia decreta interpretari, ut illorū vanum omnem eludat atque infringat. Supposita enim lege, quæ cautum sit, ne quid de tali, vel tali argumento scribar, cum statuisset tom. 4. pag. 123. de aliqua controversia dupliciter scribi posse, opinativè scilicet, & resolutivè, vel definitivè; opinativè quidem, ut cum quis defendit aliquam sententiam, allatis scilicet rationibus, & solutis objectionibus, extra tamen ullam censuram parvis opposita, & relicta iudicio Ecclesiæ

Fff 2

contro-

controverſia, definitivè verò, ut cùm quis ſta defendit aliquam ſententiam, ut neget oppoſitum ab Eccleſia definiti poſſe: quando autem Eccleſia vetat, ne quis ſcribat de aliquo argumento, ita intelligi debet, ut alteram partem definitivè teneri prohibeat, non opinativè. Atque ita decreta Pontificia eludere ſibi videtur, quibus cautum eſt, ne quis ſcribat de controverſia divinæ gratiæ inter Dominicanos, & Jeſuitas vertente; quod etiam ibidem extendit ad quaſtionem de immaculata Conceptione:

Itaque ex mente hujus auctoris, cùm Eccleſia abſolutè & ſub gravibus poenis prohibet, ne de aliqua materia ſcribatur, ſolùm prohibet, ne qua ſita ſcribat de opinione ſua, eamque ita certam teneat, ut oppoſitum definiti non poſſit; non tamen, quin juxta morem ſcholæſticorum, libere poſſit ſuam ſententiam ut veram propugnare, & contrariam ut falſam impugnare, niſi forte (quod valde raro accidit) Eccleſia expreſſè prohibeat, ne quomodo cumque de ea re ſcribatur, ſive opinativè, ſive reſolutorie juxta ſententiam ab auctore veſtro expoſitum; quod ſanè videtur communi doctorum & Eccleſiæ ſenſui, pluſque verbis decretorum repugnare, occaſionem præbere multis abuſibus, ipſaque Eccleſiæ leges committere aut majori ex parte frivolæ & inutiles reddere. Et verò per ſe manifeſtum eſt, in materiis hujusmodi longè eſſe diverſum, abſolutè prohibere diſputationem, & prohibere, ne quis oppoſitam ſententiam, ut erroneam, vel hæreticam notet: de his enim tanquam diverſis diverſimodè leges Pontificiæ loquuntur.

Exemplum luculentum habemus in Bulla ſuper ſpeculam Pii V. in qua Pontifex num. 2. abſolutè vetat, ne qui in popularibus concionibus de immaculata Conceptione diſputare, aut vulgari ſermone ſcribere præſumat; ac deinde num. 3. permittit viris doctis, in publicis Academiæ diſputationibus, de illa quaſtione diſſerere, & alterutram partem impugnare, vel propugnare; dum tamen; inquit, neutra velut erronea prædicetur: ex quo manifeſtum ſit, primum caſum à ſecundo diſſecpare, cùm in poſteriore plus aliquid, quàm in priore concedatur. Si tamen veſtri auctoris diſtinctio, vel interpretatio locum haberet, unus ab alio diſſerret, ut perſpicuum eſt. Ex quo ſanè exemplo, aliſq; quæ faciliè adduci poſſent, aperte corruiſt auid illa, & plus æquo laxa & periculofa, immò ut apparet, etiam erronea Bibliothecarii circa decreta ejuſmodi Pontificiæ mentis expoſitio, vel ut verius dicam illuſio.

Immo vel inde manifeſta eſt auctoris veſtri ſcéllicitas & fidelitas, in confirmandis ſuis opinionibus, nempe ut ſuam illam diſtinctionem probet, id eſt, talem eſſe mentem Pontificis prohibentis, ne de aliqua controverſia ſcribatur; ut tantum prohibeat, ne ſcribatur reſolutorie. Adducit materiam Conceptionis immaculatæ, de qua, inquit, vetitum eſt ne ita ſcribatur, ut alterutra ſententia damnetur, ut Sixtus IV. expreſſè dicit. Hæc ratio nullius momenti eſt; nam Sixtus IV. nunquam prohibuit abſolutè, ne de Conceptione ſcriberetur, ſed tantum ne alterutra pars erroris damnetur. Deinde Pius V. prohibuit abſolutè, ne in concionibus ad populum de illa materia diſputetur, quod tamen permittit in Academiis, modò neutra pars, ut erronea, vel hæretica traducatur. Igitur primum prohibet non modò reſolutorie, verum etiam opinativè, ſecundum verò reſolutorie tantum. Paulus V. & Gregorius XV. rem ultra promoverunt, nec enim in diſputationibus publicis, partem illam, quæ immunitatem ab originali noxa Deiparæ negat, ſuſtinere, ac propugnare amplius licet, ſecus tamen

oppoſitam, veſtris dumtaxat inter ſe emendicam indulgentia conceſſum fuit. Parum igitur appoſitum hoc exemplum auctor veſter adduxit, & æquum utrimq; conditionem eſſe dixit, cum tamen per ſententiam in concionibus contra diſputationem exponere poſſunt, item in publicis diſputationibus illam aſtrueret, nec non in libris lingua latina editis denique ubi vis licet dicere, Deiparæ Conceptionem immaculatam eſſe, maculatà dici omnibus interdici, voluit tantum inter vos, ſine teſte, id muſtare indultum.

Quò verò ſpectet Bibliothecarius veſter, dum hæc adducit, nemo non videt. Sciebat, haud dubie, pontificio decreto prohibitum eſſe, ne quis de prædicta controverſia ſcriberet, de qua tamen ipſe ſuæ acti- tate nec non ex profeſſo ſcriperat. Hoc præter cunctas fraudes, quaſi ipſe opinativè tantum de illa ſcripſiſſet, ac proinde pontificia decreta minime violatiſſet. Sed eum ſua ſeſellie opinio; cùm etiam pluſquam reſolutorie ſcripſiſſet; cùm ille paſſim doctrinam Jeſuiticam ut hæreſim etiam adducat, & dicat, doctrinam Catholicam à Thomæ contra Jeſuitas propugnari, nunquid hoc non eſt erroris notam ad veſtri partem incurrere, ac definitivè ſuam defendere; quaſi verò aliqui Eccleſia definire poſſint contra doctrinam Catholicam, & contra id cujus oppoſitum blaſphemum eſt: itaque duplici larvæ involuero parum obſequente vel obſervantem animum Bibliothecarius obtegere voluit. ſed res pro votis non ſuccellit. Obtenit primo licentiam ab Eccleſia obtentam; ſed ſubreptitiam eiſe oſtendimus; expoſuerat enim hæc à ſe ſcripta scriptis mandata fuiſſe jam ab anno 1638. cùm tamen ſis citet ea, quæ geſta ſunt anno 1643. Secundò ita decreta Apoſtolicum explicat, ut curvis hæretice opinativè; at ipſe non opinativè modo, verum etiam reſolutorie ſcribit: biſ igitur decipere voluit, & biſ captus remanſit.

CAPUT XVIII.

Expotulatio pro Doctore Angelico.

Cùm Doctorem Angelicum impenſè colamus, & ſane, quod illius nomine de veſtro Bibliothecario graviter expoſtulem, qui ejus doctrinam admitti jubet, perinde atq; ſi quantum eſſet Evangelium, & catholice regula veritatis, immò to. 4. canonit. prolegom. pag. 5. expreſſè dicit, omnibus catholicis præceptum eſſe à Romanis Pontificibus, ut doctrinam D. Thomæ profiteantur, & totis viribus æpulent. Ut ab hoc ultimo incipiam, falſum eſt, nullum ex præceptum Apoſtolicum, quo Catholici omnes obſervandi ſint, ad Doctorem Angelici doctrinam. Illam quidem commendant nonnulli ex Romanis Pontificibus, hortanturque fideles, ut eam diſcant, & in ea exerceant ſeſe; at nunquam præcipiunt; alioquin quotquot doctrinam Scoti, D. Bonaventuræ, immò & Durandi in publicis Academiis profiterentur, & ita dunt, præceptum Apoſtolicum violant, quod nemo prudens jure dixerit. Non nego Doctorem Angelicum multis elogiis à Romanis Pontificibus decoratum fuiſſe, ejus doctrinam ſolidam eſſe, perſpicuam, ſanam, Catholicam, quam ipſe Chriſtus ſuo ſuffragio donavit. Nihil iſtorum nego, immò ultro aſſero, & laudat.

laudibus longe non imparem esse: nego tamen, præceptum fuisse ab Ecclesia, ut eam fideles lætentur. Legistis haud dubie bullam Sixti V. 76. quæ sic incipit, *Triumphantis Ecclesie*. Multa etiam in hac Sancti Bonaventuræ encomia recensentur; & ad singularem illius doctrinæ commendationem, Sanctissimus Pontifex dicere non dubitavit, *Spiritum Sanctum in eo locutum videri*, quod jam olim dixerat Sixtus IV. ut autem prædictam doctrinam propagaret, atque illustraret, ad universalem Ecclesiam maiorem & uberiores utilitatem ex ea capiendam, & Theologiam Scholasticam illustrandam & propagandam, eisdem Seraphici Doctoris collegium in urbe instituit, in quo, ex huius præcipue eximii doctoris operibus & commentariis sacra Theologia publice explicaretur. Non tamen propterea quis iure dixerit, S. Bonaventuræ doctrinam fuisse canonizantem, eumque infallibilem, errorique minimè obnoxium declaratum fuisse, aut præceptum fidei ab Ecclesia impositum eandem doctrinam profiteri debere. Merebatur haud dubie apostolicæ commendationis elogium uterque Sanctissimus Doctor, Angelicus scilicet, & Seraphicus, quibus nunquam à mortalibus tot laudes attribueretur, quin pluribus adhuc & maioribus digni censendi sint: nemo tamen prudenter existimet, hoc sufficere, ad infallibilitatis prerogativam conciliandam, & ad nobis persuadendum, illos, qui vel latum unguem à D. Thomæ placitis deflectunt, vel hæreticos, vel suspectos in fide censeri. Nè tantum scriptis in lucem editis hæc publicatis, verum etiam ex sacris suggestibus & gymnasticis pulpitis passim declamatis. Duos præceteris audiisse memini, quorum alter asserere non dubitavit, sub illa dumtaxat sacra veste (suam autem præferebat) germanam & Catholicam doctrinam habitare; alter vero paulò licentius & intemperantius omni asseveratione afflictabat, præter Thomistas & Augustini discipulos (scio quos intelligat) vel quos omnes inter scholarum qui quilibet habendos esse; tantum sibi, tam parum aliis tribuebat.

Liberè dicam, quod sentio. Doctrinam Doctoris Angelici magnificandam esse duco; non tamen crediderim, inter scripturas canonicas reponendam esse, nec eos pro hæreticis, vel suspectis in fide iure haberi, qui oppositâ docuerint, aut defenderint. Quis enim D. Thomæ, quamvis alioquin Doctori maximo, & de Ecclesia bene merito illud tribuat, quod nec ipsi Augustinus, exceptis illis paucis propositionibus, quas Cælestinus Papa confirmavit, approbavitque, nec cuiquam ex sanctis Patribus competit.

Præterea nemo dixerit, Sanctum Bonaventuram, Scotum, Gabrielem, aliosque bene multos, qui doctrinam Thomisticam oppositam profitentur, vel errasse in fide, vel erroris periculo expositos fuisse, eo dumtaxat nomine, quod doctrinam Thomistarum amplexi non fuerint: deinde in multis, iisque præcipuis doctrinæ Thomisticæ capitibus, inter ipsos Thomistas, non levis dissensio & controversia est. Hinc Cajetanus, Paludanus, Capreolus, Ferrariensis, Iavellus, Sorus uterque, Canus pro meritis puris Thomistis se gerunt, licet inter se non conveniant: haud alter Peripatetici in varias sectas divisi, diversa penitus sentiunt, licet singuli Aristoteli adhærere sibi videantur.

Antequam igitur doctrinam Thomisticam ut errori minimè obnoxiam, aliis tantoperè commendatis, convenite primum inter vos, ut sciamus, quinam velstrum melius sentiant. Et verò Bibliothecarius vester non rarò alios Thomistas confutat, atque illos Sancti Doctoris mentem minimè fuisse affecturos.

Part II.

Sed quæso per vos mihi liceat unum querere, qui scilicet fieri possit, ut illud mihi unquam altius persuadeat. Prævalent, inquit, argumenta à me alia, idem alius haud dubie dicturus est; ntri quæso fides habenda: hoc ipsum in celeberrima illa controversia de prædeterminatione præceteris videre est; vix enim duos invenio, inter illos, qui maximo numero de illa scripserunt, qui in explicanda illa doctrina conveniunt; & nonnulli ex vestris ea rerum & verborum obscuritate territi, non veriti sunt scribere, re illa sicut mysteriorum Sancti Trinitatis, non intelligentia & ratio in indagandam, sed divina fide & cæca mentis nostræ subiectione tenendam esse.

Itaque ut doctrinam Doctoris Angelici magnifico, & ab omnibus magni fieri percipio, ita nemini jugum illud intolerabile imponi velim, ut eam in omnibus & per omnia sequatur. Scriptores Societatis mihi credite doctrinam illam doctissimis suis commentariis non parum illustrarunt; eam singuli diversimodè explicare & exponere conantur, in quo & à se invicem & à vestris scriptoribus nonnunquam dissentiant; cur enim iis non liceat, quod in vestris ferendum esse putatis: singuli abunde in suo sensu, modò in iis, quæ sunt divinæ fidei, conveniant, de reliquis liberè disputemus, mundum enim Deus nostris disputationibus tradidit, at citra convitia & acerbiore censuras, in quo Bibliothecarius vester ita se gessit, ut hoc genere nihil atrocius excogitari posse videatur, quod reverà tum Christianæ charitatis, tum religioso instituto, tum etiam ipsi iustitiæ adversatur. Accedit, quod in uno tantum, vel altero Iesuitæ à doctrina D. Thomæ discesserunt; scilicet, in questione de auxiliis, & immaculatæ Conceptionis. Plus dico, quàm par sit; Sanctum Doctorem in prima controversia Iesuitæ sibi vendicant, & si rectè memini, omnino demonstrant physicam prædeterminationem esse quiddam novitium à recentioribus Thomistis excogitatum. In altero verò non desunt, qui dicant Sanctum Doctorem de Conceptione præfensisse, sed adulteratum fuisse. Hoc discutendum non suscipio; nec enim huius loci res est: quanquam in editione Autverpiensi, multa, imò plurima loca subducta, adjecta, mutata fuisse, negari non potest, & plerique dolent, quod jam ab aliis instituta locorum collatione ostensum est. Sed demus, Doctorem Angelicum ea reverà scripsisse de Conceptione Deiparæ, quæ legimus in 1. 2. quæst. 81. art. 3. in corpore articuli; cur quæso in hoc ab eo deflectere non liceat, cum vel ipse Canus; multum dico, cum Canum dico) ab eo sine censura desciverit: hæc enim habet Sanctissimus Doctor; dicendum quod secundum fidem Catholicam firmiter est tenendum, quod omnes homines, præter solum Christum ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Centuit igitur S. Thomas hoc esse de fide & oppositum erroneum esse, quidquid prætexat Cajetanus. Canus autem lib. 7. Cap. 3. Iseravit, inquit, qui asseruit erroneum esse, aliquem præter Christum à lege illa originalis peccati liberari. Sed in his diutius hætere non vacat.

(6*)

Fff 3

CAPUT

CAPUT XIX.

Expustulatio de P. Alexandro
Sebille.

Appendicis loco subnecto postremam expostulationem; & licet non nemini fortè videar extra chorum saltare; quid enim P. Alexander Sebille ad vestrum B. bibliothecarium? huc tamen plurimum facit. Cum enim parca supra, licet obiter, indicatim de consensione doctrinæ Thomisticæ cum Janseniana in re divinæ gratiæ, statim opponet aliquis, Thomistas ipsos adversus Jansenistas scripsisse; unde perspicuum fiat, ab his illos omnino dissentire: unum hucusque legi Thomistarum librum adversus Jansenii dogmata; is est interpres Thomisticus à P. Alexandro Sebille scriptus, & in lucem editus. Nescio, utrum alius quispiam ejusdè familiæ de hoc argumento scripserit. Quidquid sit, nonnulla considerata capita vobis aliisque proponenda esse duxi circa hunc interpretem, quæ non parum mihi negotii accesserunt.

Primum est, hunc auctorem obtinere speciem impugnandi Jansenium, animo & studio scribendi in materia de auxiliis, ac propugnandi prædeterminantium opinionem contra Petavium & Richardum (id est P. Stephanum Deschamps) qui tamen contra Jansenium & Fromondum, non verò contra Thomistas scripserant. Hoc autem constat ex lib. 3. c. 1. sect. 5. quæ longioris appendicis nomine interpreti suo subnexuit. In quo sanè, contra summorum Pontificum decreta, fecisse visus est; nec enim obtemperata facultas scribendi contra Jansenium, ad materiam de auxiliis extendi debuit; quis enim credat Innocentium X. concessisse facultatem scribendi pro physica prædeterminatione, quæ cum Jansenianis dogmatibus haud parum consentit?

Secundò, sub eo obtentu scribendi contra Jansenium, scripsit contra Jansenii hostes, scriptores scilicet Societatis, eosque frequentibus convitiis appetit. Lib. 2. c. 17. p. 181. dicit, Molinam præsumptionis ab omnibus doctis redargutum fuisse, quasi verò nemo nisi inter Thomistas & Jansenistas doctus sit, ab his enim duntaxat redarguitur. Sed de Molina jam supra. Lib. 3. c. 1. sect. 5. dicit, Petavium & Richardum in materia libertatis, Thomisticè non loqui, dicta utriusque, ex S. Thoma jugulari utrumque, falli, errare, hallucinari, rem hanc non capere, denique tota illa sectione paulò liberius utrumque sugillat. Petaviū etiam perstringit lib. 3. c. 1. sect. 4. lib. verò 1. c. 14. Societatem Jesu scholam Petavianam per jocum vocat, cujus P. Suarez celeberrimum sit oraculum, qui tamen logè ante Petavium scripsit; Jansenista Jesuitas vocant Molinistas, hic Petavianos, sed quo jure; cum multi ex Societate ante Petavium de universa Theologia scripserint, & Petavius multa quidem de rebus Theologicis, non tamè scholastico modo scripserit. Ibidem concedere videtur Fromondo, Jesuitas homines justò loquaciores esse, & ad instar cinnabuli noctu diuque crepitantis. Denique corvi, qui ex arca Thomistica avolavit, mentionem facit, idque per jocum contra Jesuitas, quos vulgus protervū propter atrum vestis colorem, corvos vocat, parcius ista viris. Hoc cene est contra Jansenium scribere, & Angelici Doctoris, qui modestia singulari fuit, sincerum agere interpretem; an potius illos su-

gillare, & contumeliis prosequi, Petavium scilicet, Richardum, seu Deschamps, Annatum, Martinum, Ripaldam, aliosque, qui contra Jansenii errores egregiè scripserunt?

Tertiò, D. Thom. plus æquo extollit, aliosque iniquè alioquin Theologos plus justo deprimat; primum quidem lib. 1. c. 15. ubi dicit, illum contra se habere omnes S. Patres, qui D. Thom. contra se habet. Er hoc principium, ut ipse vocat, ibidem adstruit, si D. Thomas est contra te, nullus SS. Patrum est pro te. Accedit, quod in secunda approbatione, tota Augustini auctoritas à S. Thoma derivatur. Secundum passim ut lib. 1. cap. 12. Durandum Thomisticum Apostatam vocat. Innepius & doctus Episcopus hoc nomine vocari debuit: Lib. 5. cap. 14. Scotistas sugillat; cap. 10. Gubilem ut hominem nihil, sciendum tradit; cap. 24. maximos quoque in schola Scoti Doctores parva notæ Theologos vocat; nec ipsi D. Thom. parci lib. 1. cap. 14. sect. 3. ubi dicit, S. Doctoris opera, præter summam, nullius roboris, vel auctoritatis scilicet esse. Denique lib. 3. cap. 1. sect. 5. hæreses notam illorum sententia inurere videtur, qui prædeterminationem physicam non admittunt.

Quartò multa habet, quæ ita Jansenianis paribus favent, ut cum iis integra & intacta Jansenii dogmata remaneant. Nonnulla majoris distinctionis gratia in certos numeros distinguo.

Lib. 2. cap. 2. dicit, auxilium prædeterminans non esse ex parte actus primi, sed secundum; unde colligere possem, non esse causam actus liberi supernaturalis, quod est hæreticum; si enim causa est, ex parte actus primi est.

2. Judicium practicum ex parte duntaxat actus secundi liberi esse contendit, licet reverà sic ex parte actus primi, nam video meliora, proboque, deterius sequor.

3. Afferit, voluntati liberè operanti semper deesse judicium de bonitate suspensionis actus, unde colligo ipsam non posse suspendere actum, nec eam fieri in incognitum, ac proinde actum illum liberum non esse.

4. Cap. 16. dicit, Pelagianum esse, negare gratiam per se intrinsecè ac præcisè efficacem; ergo omnino illi, qui talem gratiam non ponunt, hoc est, qui auxilium prædeterminans non admittunt, sunt hæretici. Hæc censura decretis pontificiis adversatur; si reponere liceret.

5. Ulterò fateatur, gratiam efficacem Thomisticè eandem esse cum Calviniana; sed Calvinum ex ea malè inferre liberi arbitrii ruinam; ac proinde peccare in consequente, non verò in antecedente. Nihil aliud voluit Jansenista, nihil aliud clamavit.

6. Lib. 3. c. 1. sect. 4. dicit, ideo prædeterminationem non tollere potentiam proximam dissentendi, quia ad hanc, hæc duo duntaxat requiruntur, nimirum judicii indifferentia, & ipsa voluntas, hæc duo, inquit, quolibet alio secluso, sufficiunt. Hanc potentiam Jansenius & Calvinus faciliè admittunt; neuter eam dicit, à gratia efficaci tolli judicium indifferentem, vel ipsam voluntatem frustra; si tunc damnata est tertia propositio ab Innocentio X. frustra quarta; & si ad hanc potentiam proximam nihil aliud desideratur, Calvinus & Jansenius faciliè manus dabunt.

7. Sect. 5. dicit ita elici actum liberum à voluntate prædeterminata, ut pro eodè instanti voluntas habet potentiam proximam dissentendi; & tamen pro eodem instanti, dissensus poni non possit. Hæc videtur repugnancia, quod scilicet voluntas possit dissentire

CAPVT XX.

Conclusio.

sum ponere, pro eo instanti, pro quo d. sensus poni non potest. Calvinus & Janſenius nihil aliud intendunt, nisi posito auxilio prædeterminante, dissensum à voluntate poni non posse; atque ita si hoc admitatur, censuram omnem facile eludent; imò Janſenius libro 8. de gratia Christi cap. 4. eodem prorsus modo rem istam exponit.

8. Ibidem habet, suppositionem antecedentem non destruere libertatem; suppositionem, inquam, prædeterminationis; quia inquit, est libertatis causa, antecedit, inquit, Patres mei (Jesuitas alloquitur) ut causa, origo, factrix, & operatrix libertatis. Igitur si antecedit, (hoc enim perspicue infero) ut causa, necessitas inderesultans est antecedens; ut enim suppositio consequens affert necessitatem consequentem, ita suppositio antecedens necessitatem antecedentem affert. Et verò ille effectus necessario ponitur pro eo instanti, pro quo, supposita tali causa, non potest non poni; hoc etiam quantum faveat Janſenistis, ad retinendam tertiam propositionem, nemo non videt, qui rerum istarum peritus sit.

9. Dicit gratiam prædeterminantem libertati contrariam non esse, quia connaturali agendi modo voluntatis conformatur. Hoc idem habet Fromondus lib. 2. Thetiac. cap. 7. sect. 1. & 2. Igitur P. Seville Fromondum defendit, non fert. Et verò hac in re P. Annatus lib. de incoacta libert. part. 2. cap. 2. §. 2. Fromondum efficaciter refutavit. Addit autem præfatus auctor, non tantum requiri connaturalem modum, sed absentiam omnis impedimenti: at lib. 2. cap. 8. Omnium Thomistarum nomine resolutissime affirmat, idem à prædeterminatione physica vim præternaturalem voluntati non inferri, quia non impedit, neque tollit proximam dissentendi potentiam; Sed hæc potentia proxima, juxta illum, ut supra dictum est, complectitur tantum indifferentiam judicii, & ipsammet voluntatem; & hoc Janſenius & Fromondus nunquam negabunt.

Quintò crediderim sanè, prædictum auctorem bono ac sincero animo contra Janſenistas scripsisse; si quis tamen verè pro illis & fictè contra illos scribere voluisset, hoc certè, & non alio modo scripsisset. Et verò non est dubium, quin Janſenistæ dicturi sint, imò jam sæpè dixerint, quinque propositiones in eorum sensu damnatas non esse; ac se ultro admittente interpretem istum Thomisticum, nec non stare illius responsionibus; aliam agendi necessitatem à se non induci, nisi tantum illam, quæ ex gratia per se intrinsecè ac præcisè efficaci ortum ducit, quam iste auctor cum reliquis Thomistis adstruit; ac proinde illam libertati minimè officere, quâ posita, voluntas quidem resistere ac dissentire potest, dissensus tamen poni non potest; quâ sublata, voluntas quidem præceptum servare potest, ipsum tamen servare requirit, estque reverà impossibile; concludentigitur, illa sua dogmata firma & inoffensa restare, cum iisdem armis, quibus impugnari videntur, defendantur. Hæc sanè ut Janſenistis non leviem occasionem suos errores obstinatiùs retinendi, ita gravissimum scandalum Catholicis præbent.

Hæc sunt admodum RR. Patres, de quibus vobiscum exoptulo, non alio certè animo, nisi ut suus sit veritati & justæ deferentiæ locus; & silentium Jesuitarum, quod nimium & immoderatum esse dixi, aliquantulum suppleam. Malus animus, ita me Deus amet, adversum vos mihi non fuit; sed unus dumtaxat justitiæ & veritatis amor totum hoc à me expressit, vel potius extorsit; in votis enim fuisset, ut aliquis ex Scripioribus Societatis longè doctiorem calumum strinxisset, ad luculentiorum Bibliothecarii vestri castigationem. Pertinacis & obstinati silentii causam non semel animo indagavi; vix tamen assecutus sum. Jam ab aliquot annis acerrimè impugnantur, mille calumniis obruuntur, imperantur convitiis; doctrina, vita, institutum miris & diris modis prosciinduntur: tot libelli famosi singulis fere diebus contra illos in lucem prodeunt. Ipsi tamen vix mutire audent: an fortè illorum criminum, quælis asfinguntur, sibi conscii, illa silentio ultro fatentur? nam qui tacet, consentire videtur: absit, ut hoc de illis sibi quisquam persuadeat, nosco illos intus & in eute, ut vulgo ajunt, doctrina illorum sana est, vita religiosa, sanctissimum institutum. Cur ergo tacent? fortè de mandato Superiorum, de consilio amicorum; sed cur hoc prælati mandant? cur amici suggerunt? an fortè ne adversarii plura scribendi occasionem inde arripiant, ac secus accidit; nam cum hi Jesuitas obmutuisse vidissent, cum percutillos ac terribiles esse putarent, longè plura in illos debacchati sunt. Nihil sanè potius occurrit, quod dicam, nisi hoc religiosæ patientiæ tribuendum, divino sanè consilio; hoc enim forsitan sublimioris virtutis argumentum in iis desiderabatur, ut etiam sub atrocissimis calumniis & convitiis flagellis, quamvis in pupilla, doctrinæ scilicet & morum, tacti, exemplo Christi Salvatoris, omnino silerent.

Facere tamen non potui, quin aliquid saltem exoptulationis, pro mea erga illos observantia & benevolentia præmitterem, & Catholicos monerem, afflictionem afflictio dandam non fuisse. Vapulabant atrocissimè à Janſenistis; istorum verò impulsu ac ductu, à Parochis, & quibusdam aliis Catholicis: Christianæ certè pietatis non fuit, quod Mariales vester eodem tempore in eos acerrimè inveheretur, & novorum convitiis accessione, Janſenistarum triumphos redderet illustriores, non sine gravi optimi cujusque offensione. Defendere potius debuerat Religiosus Religiosos; in ea tempestate, qua jactabantur, auxiliares manus porrigere, & communem Ecclesiæ & Christi causam contra Heterodoxos strenuè ac piè tueri: at jam afflictos affligere, jactatos jactare, sædè laceratos sædiùs lacerare, nulla excusatione, nullo tuendæ veritatis obtentu, nulla demum honesti finis specie, defendi, aut muniri potest.

Ego certè cum tam obstinatum Jesuitarum silentium probare non possem, calumum continere non potui, ut tam eximios Scriptores dare licentia, imò & Catholica bene meritos ab injusta nota, afflictisque calumniis vindicarem; exoptulando scilicet, ac delata ad publicum cujuslibet lectoris Catholici forum querela, idque brevissimo scripto, quod nunc fallor, grandiora volumina brevè excipient, non

certe ut Bibliothecari vestri Bibliothecam expurgent, in qua, ut jam dixi, prater convitia & contumelias, nihil inveni, quod non sit potius contemnendum, quam diluendum. Mariales vester precipis indolis & ingenii auctor, sine delectu effudit, quicquid ira suggessit, & implacabile odium adversus Jesuitas ipsi dictavit; in tantis perturbati & com-

motioris animi tenebris, nihil doctus lucis, nihil inculentæ rationationis affulsit; denique puerulentam calumniarum nubem, nihil nisi ricas sceleraticas & meras quisquillas ad grandiorum furaginem in cumulum congestas attulit. Resellere, qui volent, ego expostulasse contentus, hic scribendum facio.

EPISTOLA, SECUNDA.

IN QUA

CONTRA LUDOVICI CARTERII

Librum à Barone scripta ut breviter, ita efficaciter
refutantur.

I. **P**LERISQUE certe mirū accidit, Vincenti, quod in Ludovicum Carterium ita invecus fueris, ut ab eo, in multis, acriorem Theophili stylum superatum fuisse dicas: illud opusculum mihi attribuis, in quo, ut verum fateor, à quorundam sensu non procul abes, & in hoc, verisimilius pronuntiasti, quam cum dixisti, eundem esse cum Theophilo Guimenium; in quo sanè, theses tuas, ludibrio, & iudicium tuum, sibilis exponere visus es: in eo tamen tua te fefellit opinio; alius est à me Carterius, quamvis antiquæ necessitudinis vinculo mihi conjunctus: quia tamen, dum Carterium impugnas, stylum in me collimas, eumque pro me, ac me pro illo habes; demus; etsi minimè concedamus, libellum meum esse; nec enim me hujus scriptationis punderet; cum adversum me illa scripseris, quæ in Carterium scripsisti, iustæ defensionis jure, mihi sanè rescribere competit; & quo ad hoc, perinde est, si vel libelli auctor sim, si vel non sim; quamquam non dubito, quin ipsemet Carterius, quibus longè severiorem expostulandi materiem, præcæteris omnibus, præbuit; novis expostulationibus, novisque in eas commentariis, & plenae eorum, quæ adversus illum effutire non es veritus, refutatione, priorem libellum, in iustum codicem brevi commutet. Sed ad rem venio.

II. Initio statim me carpis (fingo enim me Carterium esse) quod adversus Mariales tuum scripserim, cui multam in nos scribendi Theophilus occasionem dederat; ac proinde nostros, non verò Mariales pacem turbasse; sed, ut jam dixisse memini, Mariales librum Theophili nec vidit, nec appellavit unquam in sua Bibliotheca; illi ergo tam dira scribendi occasionem præbere non potuit. Deinde quod jam discussi cap. 16. profiteretur Mariales, tum in prima libri fronte, tum etiam tom. 4. initio, totum opus typis mandatum fuisse anno 1638. liber igitur Theophili qui viginti post annis, & ultra, editus est, opus illud scribendi Bibliothecario vestro occasionem præbere non potuit; nisi fortè dono prophetiæ instructus futura prospexerit: mihi deinde imponis, quod bibliothecam illam non tam uni Mariales, quam omnibus Dominicanis imputaverim; calumnia

est; nullibi hoc legis; equidem in præfatione huc lego; expostulo verò de ipso Bibliothecario auctore, quem inceptis, breviter ergo, Bibliothecarum appellabo (sunt enim multi auctores non sint) &c. tum etiam de novis aliis, &c. qui sedulam editioni, promulgationi, distributioni navarunt operam, &c. nonnulli audire: qui si dumtaxat compello; alios enim, ut & sanctum ordinem impense colo ac vereor. Hoccine est merum ætificationem, quod mihi exprobras, ut privati unum culpam Dominicanos omnes redunder; agnoscis tua verba; ex quibus calumnia perspicua testat.

IV. Deinde, an fortè pro spicite me habes, qui lingua, oculorum, aurium usum careat, scio, scio, & si me cogis, appellabo illos, qui Bibliothecam, tum editioni, tum maxime distributioni sedulam, ut dixi, operam navarunt; multa certe reticere & tacite conquire Christiana jubet prudentia, quorum tamen aliqua, cum perspicua sint & notoria, frustra opprimerem; scimus omnes, tuam illam Apologiam Romanæ, non Cracoviæ, tunc dici, typis mandatum esse; an ergo Gergoniam appellas & Vocontios? nonne huc quadrat, *Clodius accusat*, &c. Libellus in Gallia editus est ab auctore suo Gallo, illius insula, antea consilio, cui interque subditi eramus; & qui deinde libellum, ob styli temperantiam, & quod multa paucis complectatur, non semel laudavit; dicam omnia, si me cogis, & vera dicam, ut jam à me actum est in alia Epist. de causa & censura alterius Apologiae. Tibi porro, qui magis lætandis in libello, conjectandum relinquo, quid per Gergoniam & Vocontios intellexerim; nec enim, crede mihi, hætemerè & casu & sine optimo doctæ analogiæ sensu, de quo fortè aliàs; quamquam ad rem nostram non facit.

V. Voluisses, ante omnia, ut Carterius collatis sincerè inter se Mariales & Theophili dictis & convitiis, tacendi omnino, vel Dominicanis facienda satis, impostem sibi necessitatem potius, quam de illis expostulandi iudicasset; sed in primis, deponis Dominicanis expostulo, nimirum tui similes, cuius Dominici quo jure à me hoc exigit? vix paucæ libi Theophili, sic enim illius, quandoquidem valis, exemplaria, ex recenti prælo exciderant, & de suppressendo libro seriò cogitabatur; crede mihi, vera

narro, & hæc si opus est, authenticis testimoniis confirmabimus, cum aliqui ex vestris, doctissimum illum hominem, ingrato certe officio commotum, à mitiore illo consilio penitus abstinerunt; indolui fateor, cum hic Lugduni, à testibus omni exceptione majoribus hujusce rei certior factus sum: Num porro tuos appello, cogita de te ipso, & paucis aliis tui similibus. Stultum igitur fuisset, eo tempore librum Theophili resellendum suscipere, ad satisfactionem potius exigebat; præterquam quod, summæ fuisset imprudentiæ, librum illum resellere, qui vix publica luce gaudebat; denique absit, ut vel minimam præbeam occasionem cui piam, dicendum, me à vobis conductum fuisse:

VI. Descendis ad tuas Mariales defensionem, & dicis, illum à nostris acerrimè accusatum fuisse, & delatum ad Eminentiss. S. Congregationis, quæ tamen judicant, propter unam, vel alteram paginam, in qua fortè aliquid paulo liberius scriptum continetur, ingentes tomos proferibendos non esse, ne D. Thomæ, inquis, in posterum defensio deesset: meum denique de Bibliotheca vestra iudicium, liberius & iniquius esse dicis; cum plura bona ibi sint recondita, quæ alibi facili non reperias. Tuum Mariales, non jam nostri, consule registrum, per tuos facili obtinebis, sed duo Eminentissimi quibus se conjunxit, qui tunc erat S. Officii, ut vocant; Commissarius, detulerunt: cur igitur nostris imponis? præterea falsum est illud, quod dicis, ad elevandum, in una tantum, vel altera pagina aliquid vitii inesse; quia toto passim opere errorum & convitiatorum colluviem reperias; longus calumniarum & diceriorum elenchus, cuiusdam ex tui sportectus est; sed nullo penitus opere pretio & fructu. Quod addis de D. Thomæ defensione, metus obrepit; Auctores nostri Doctorem Angelicum summopere verentur, eumque à falsitatibus affectis strenuè defendunt, defendentes in posterum, contra multos; tua & Mariales defensione non indiget; meam denique de Bibliotheca censuram non modò non revoco, sed ratam habeo, eamque non tuo, quia factionis studium te prorsus excecavit, sed lectoris superiorum disciplinarum periti iudicio libens subieci: invenies, sat scio, Palpones, hominesque trioboli, qui captandæ gratiæ inhiantes, elogiorum plaustra in Bibliothecam profundant; nec enim hujusmodi Homines desiderantur unquam, quorum indolem, vota & malas artes singulari tractatu diligenter disculsi; sed ad peritos uno dumtaxat veritatis studio ductos provoco.

VII. Exprobras deinde mihi, quod, pro more, nulla ratione probem, quæ à me adstruuntur per totum librum; quia, inquis, per alias occupationes animabus usiores fortè non licuit: Bonus quidam, idem Romæ mihi opposuit, & ut de isto non potui, ita de te, risum continere non possum; quid quæso rationes, syllogismos & argumenta hic à me postulas? expostulo dumtaxat, de atrocibus Bibliothecarii convitiis & calumniis, & eadem Italico charactere, ad majorem distinctionem excusa, lectorum oculis subijcio; quidnam aliud colaphum impingis? Christi Domini exemplo, expostulo, cur me cadis? deest, inquis, expostulationi ratio, & argumentum: vah lepidum caput, ne quid acutiùs dicam; quando de facto notorio constat, frustra testes & rationes adducentur; nisi fortè ridiculum illum & ineptum divini verbi Preconem imitari me velis, qui cum

solem splendere dixisset, Plinium testem hujusce dicti citavit; sed apage istas nugas.

VIII. Te pupugit unum, quod indicavi obiter, nimirum damnatis Jansenii propositionibus, quantum inde momenti causa nostræ accesserit, vestra verò subductum sit, apprimè scire profundiores Theologos: hic tergiversaris, in omnem partem & quoquo versum te agis ac te veras ad instar colubris; sed quantum vis obstrepas, notorium est apud veros Theologos; & hoc ipsum Janseniani centenis & millenis voluminibus palam denunciantur: quantum porro iis vestrorum aliqui faverint, non est, quod dicam; quia, ut jam dixi, notorium est; pro quo ad Diarium editum te remitterem, nisi liber confixus esset, in eo tamen egregium fidei vestrae ac zeli vestri monumentum, ad perpetuam memoriam erectum est. Lepidè autem & inopinatè alibi asseris, dictarum propositionum damnationem vestrorum cura, votis & instantiis acceptam referri; præ cæteris, P. Vincentii Candidi: hic certè probatione opus esset Vincenti, longè potiori jure, quam in expostulationibus Carterii: Cæterum dum nostros tonantes ex Pulpitis ubique gentium in Thomistas, & horrida bella gerentes inducis, omnes, inquis, præter unum Annatum, in scena fabulam dare voluisti: Jesuitæ justo fortè timidiore silent: multiplicatis voluminibus insultant, inquis; Annati liber desciens a media, vix in columis evasit; quantum illi negotii duo vestri Tolosani facerent, nemo nescit; sustineo; hic enim latissimus excurrendi campus aperitur.

IX. Dicam tamen, temerè, ut mitissimè loquar, à te adstrui, nihil omisum à nostris, ut in D. Thomam aliquid ex Cathedra statueretur: quis unquam talia de sanctissimo Doctore? consule Cardinales Eminentissimos, quorum aliqui hodiernum superstitibus vivunt, eorum scilicet, qui hanc causam, Pontificis jussu discussunt, utrum aliquis ex Societate, apud eos insisteret, ut in D. Thomam aliquid ex Cathedra statueretur: errores quidem Jansenii ex Cathedra damnandos esse, dixerunt; uti reverà damnati fuere; & unicuique Jansenistarum fundamentum, ut ipsi palam testantur, nimirum gratiam à se præcisè efficacem, ac proinde prædeterminantem, tolli, ne quid dissimulem, in votis esset, quorum me compotem fore, aliquando spero; intactis tamen sanctorum Augustini & Thomæ dogmatibus; quidquid temerè, ne quid acutiùs dicam, blateres, mi Baro, damnari non posse gratiam illam Calvinianam & Jansenianam, nisi sanctorum Augustini & Thomæ dogmata damnentur: idem prorsus Janseniani de quinque illis propositionibus jactabant, quæ tamen, intacto Augustino, damnata fuerunt; hoc quidem obtrudere non cessatis; sed toties diffusum & expostum, ut retractare pudeat; quid faceres, abacta musca semper redit. Et verò S. Doctorem non modò non aggredimur, sed data opera defendimus à Jansenistis, Bajanis, Baneshianis, dum constantissimè negamus, illum huic prædeterminanti gratiæ, quam cum Calviniana eandem esse Sybilla vestra fateretur, patrocinari; uti nec Augustinum; aliquot loca, sat scio, accumulatis; sed ea in bono lumine collocamus; ita enim cum sanctis Ecclesiæ Doctores, quibus aliqui falsitates suas affingunt, agendum esse, putamus; ne vel Canum vel Combesium imitari videamur.

X. Sub finem paragraphi, dicis, Pontifices suas definitiones exigere ad scripturam, communi Patrum sensu ad litteram explicatam, vel ad traditionem

ab

ab institutione Ecclesie à Christo exceptam, & apud suos servatam; quid est hoc, apud suos? nunquid apud Ecclesiam? addis, nullum nescire, adjutum à nostris fuisse auctorem illum, qui resplicem traditionem distinguere ausus est, divinam scilicet, Apostolicam, & Ecclesiasticam; ita ut Apostolicam, credendum fide divina fundamentum esse queat; & ex locis mystico sensu explicatis, definitiones fide divina certe erui possint; carpis autem alibi eundem auctorem, & miraris, impunè tulisse; sed nodum quæris in scirpo; nempe hæc doctrina sensum catholicum habet; fac video, quo spectes; auctorem illum alium esse non puto, ab Illustrissimo D. Episcopo Placentino, ad Innocentium & Alexandrum oratore Regis Catholici, pro controversia Immaculate conceptionis, qui hæc eadem habet in doctissimo libro, quem scripsit, ut probet controversiam illam ab Ecclesia definiti posse; tu autem, cum aliquot extuis, omnem aditum ad illam definitionem præcludere velles; nec enim alio animo dicis, scripturæ loca in sensu mystico accepta ad definitionem fidei non satis esse; error est, in quem factionis inaudita studio exaceratus te precipitem egisti; quasi verò Ecclesie Spiritus sancti assistentia non gaudeat æquè pro tuo sensu ac pro alio: elevare voluisti multa scripturæ loca, quæ in sensu mystico, Desparæ ab Ecclesia occurrunt; quis hoc non videt? Quod verò spectat ad traditionem Apostolicam; errassetiam, cum dicis, ad definitionem fidei non satis esse; æquè enim Apostolorum dicta ac scripta verbum Dei constituunt Ecclesiam: Dei verbi Dei fidelissima cultus est, & sensus verbi Dei errori minime obnoxius interpret; verbum Dei ab Apostolis acceptum, quo ad novum Testamentum, sive scripto ab his consignatum, sive verbo tenus, quasi per manus traditum: ille igitur auctor nihil hoc dicto peccavit, sed catholicè sensu Præsul doctissimus, juxta atque plurimus; tu verò Vincenti, errare solitus, in hoc etiam ab errore non proculabuisisti, an malus animus ad fuerit non desinio.

XI. Ad solutionem trium argumentorum, quæ Carterius, inquis, indissolubilia putat, petita scilicet à libertate, à gratia sufficienti, & à Dei concursu ad peccatum descendis; non dixi quidem, esse indissolubilia, sed à vobis minime soluta huc usque, nec in posterum solvenda: nobis autem ante omnia opponis, nullum ex nostris auctoribus pontificis decretis steterisse, quibus cautum est, ne de auxiliis scribatur; nullum, inquis; immo nullum esse, ajo, qui religiosissime non steterit; nimiam illam non parendi licentiam, vel ipsa decreta falsis interpretationibus adulterandi tibi, Mariales, alisque vestris relinquo; multi sunt ex Nostris, qui cum de universa Theologia scripserint, lacunam tamen illam, quantumvis deformem, præ observantia, reliquerunt ultro, Tannærus, Amicus, Martimon, Ariaga, Lugo, & plerique alii plenissimam hujus rei faciunt fidem; immo cum Martimon facultatem petiisset illa edendi, & in novam editionem inferendi, quæ de hoc argumento, more suo, doctissime scripserat, & autographam jussu fuisse porrigere, non modò petitam facultatem non obtinuit, sed autographum suum nunquam recipere potuit; quo jure, viderint ii, qui juxta naturæ & æternæ justitiæ placita & principia, probe sciunt, neminem resua, nisi vel in poenam, vel si quando publici boni ratio id postulet, privari posse.

XII. Voluisses fortè, cum tuis, tui similibus, alios enim, ita me Deus amet, non compello, ut decreta

illa ad alia quoque argumenta extenderentur, puta ad scientiam mediam, ad futura contingentia, ad libertatem secundum principia naturalia explicata, ad omnem Dei concursum, & aliaque hujusmodi, quæ profectò extendi non debent, ut non levis, Congregatio declaravit: deinde nonnulli ex nostris, ut Paulus Leonardus, Ripalda, Henao, & quidam alii fabulas illas rejecerunt, quas Salamancaenses, Joannes à S. Thoma, quæstionarius Theologus & nonnulli alii libris in lucem editis nobis affirmant, ex famosis illis suis Congregationum actis excerptas; nec enim putantur, per decreta veterum esse; res quippe hæc à Theologis disculsi longe diversa est; novis tamen deinde decretis eorum fuit, ne quis hujusmodi acta citaret, quibus nostri religiosissime paruerunt; tu verò secus, cum tuo Mariales, alisque, inter quos respondendum puto insulsum illum Rhythmorum auctorem; Missiensem; immo, quod extreme judacia est, dictis, statim illam publicam, hujusmodi decretis, ab Ecclesia suppressim non posse, quo reverà dicto, non modò adstruis hujusmodi acta, sed ita commendas & laudas, ut ex his famam publicam & omnium populorum fidem produisse velis; viden, quò te. Adde iterum, nihil eorum, quæ dico, à me probari, ex more, quo à scholis imbutus sum, ut credam, cum pueris semper agere: quasi verò in scholis ea non probemus, quæ adstruimus, in Philosophia, Theologia, Geometria, aliisque disciplinis, quæ ratione instructæ sunt; nullum profectò iterumvis auctorem hujusmodi & ultimo doctrinæ nostræ principio, citavimus oracula & Ecclesie decreta; dictorum fides etiam non probaturum nostris auctoribus non precipimus; vos fortè non ita, quorum aliquos appellare possem, ac præsertim unum, de quo ad mecum ita pridem ex Belgio, qui ab eo vinculo extrinsecus moperè cupiebat, quod Banefianum potius quam Thomisticum appellandum esset; veluti enim Banefium longè liberius philosophari solet. Sed, inquis, multa jactas ad tuorum gloriam; trahem in oculis tuis non vides, mi Baro, & atomum, seu tulticam mihi exprobras; panca certè, eaque ex aliis auctoribus, qui nostri non sunt, saltem ut plurimum excerpta, quæ etiam suis locis appellavi; statim tuus ita odii adversum nos felle imbutus est, ut nollam nostrorum, vel ipsius Societatis laudem conquire possit; hic turpis staneus clam mel, aliqua dulcissima in venenum convertit.

XIII. Jam verò tribus meis indissolubilibus, ut vocas per ironiam, contra prædeterminationem vestram, argumentis, toridem contra scientiam mediam nostram, insuperabilia ut ais, argumenta proferes; ita primum insinuas; si Deus cognoscit creaturas possibiles in sua essentia, futura etiam conditionata, vel absoluta, in eadem essentia, per decreta determinata cognoscit; hoc est, inquis, primum solidissimum & immobile, quo stante, nullum est & hoc à me non videri, per summam cecitatem & inscientiam; hoc secundum credere mavisi, quia doctrinam hanc scholæ, quæ forte, ut ais, magis in istis, quam in abutibus fueram, quotidianæ, quibus deoneor, occupationes deleverunt. Itane verò? Deo gratias; hæc tamen inscitia mea cum omni genia illa literatūra, quam tibi jactanter arrogas, congruenter veretur; propone quodlibet argumenti genus; per me, tibi datur optio; sive Theologicum, sive philosophicum, sive ejuslibet alterius generis, in quo probes inscientiam meam, & vicissim ego tuam inscientiam.

scientiam adeo decantatam; propone, inquam, mihi, nam si ego tibi, vereor, ut non jam centena, aut millena, sed centena millena tibi proponerem, quibus non jam imbutus, sed ne leviter quidem tinctus esset; sed dum ad hoc literarium certamen paratior accedat, probemus in hoc presenti argumento, contra scientiam mediam à te adducto, in quo nihil contra decreta Apostolica.

XIV. In hoc cæcitas mea vel inscitia, doctrina scholarum vix tincta, tot ferè vitia videt, quot verba. 1. Non est argumentum, sed manifesta petitio principii; in eo quippe cardine hæc controversia nostra vertitur, quod dicamus, dari scientiam mediam, quæ futura conditionata, ut vocant, in seipsis, à Deo videntur; vos verò nullam dari, sed videri in decreto; hæc opinor, totius controversiæ summa est; tu vero sic; si Deus cognoscit creaturas possibiles in sua essentia, etiam cognoscit conditionatè futura in eadem decreto determinata; id est, in ipso decreto; hoc ipsum est, quod negamus; hæc ipsissima Thesis est; cur ergo principium petis? cur repetis, non probas asserta? cur argumenti, seu principii loco, questionem ipsam, ipsammet controversiam assumis? sige, in hunc modum me argumentari; si Deus non cognoscit futura conditionata in decreto, seu, quod idem est, in sua essentia, decreto determinata, ea cognoscit per scientiam mediam; ride res, haud dub è, hunc argumentationis modum; nam hoc ipsum est, quod in questionem, seu disputationem cadit, curritur ridere me velas, in simili propositum tam ridiculo, quam inani argumento, quod tamen insuperabile vocas. 2. Demus, creaturas possibiles à Deo cognosci in essentia, tanquam in medio, quia nimirum essentiam inter & possibilia, necessaria connexio, seu habitudo intercedit; hoc quippe non facit, quin etiam in seipsis cognoscantur; pessimè tamen inde à te inferitur, conditionatè futura cognosci à Deo in essentia, quæ cum illa necessaria connexionem non habent. 3. Non possunt videri conditionatè futura in decreto, nisi statuatur illud decretum; sed, ut tute scis, hoc decretum huc usque negavimus; illud enim est, de quo disputamus, & æquè repugnat decretum illud conditionatum, salva scilicet libertate, pro conditionatè futuris, ac repugnat absolutum, pro absolutè futuris, liberis scilicet, de quibus tantum hoc loco agimus; unde, ut absolutè futura dicimus, à Deo cognosci in seipsis, ita & conditionatè futura in seipsis quoque à Deo cognosci dicimus; nam æquè unum ac aliud objectum scibile est; repugnat autem vel minimum objectum scibile à Deo nesciri; cum essentia divina sit formalis cognitio, representatio, expressio omnis objecti scibilis. Scio quidem, nonnullos docere, nihil à Deo videri, nisi quatenus æternitati suæ coexistens; sed merum figmentum est Thomisticum, quod nec principii loco habemus, nec etiam verisimilis dicti; nam satis est, ut tantum objectivè coexistat, non verò physicè, aut reipsa; & hæc inscitia mea Vincenti Baro summa tua literatura porrigit; hæc mea cæcitas, in tuo illo argumento insuperabili, tam multa vitia videt, quod certè in ea opinione, quam de te concepi, non parum me confirmat, nimirum, quod neque nostra, neque vestra rectè capias, ut par esset; & quod tu mihi de quotidianis occupationibus, insulsè objectas, in te sanè longè melius quadret, utpote qui totus sit in illa tua Latinitate adornanda, & frequentè ad pompam tuæ verborum apparatu, per intolerabilem jactantiam, ostentando; ignosce, quæso, si hæc liberè dicam; hæc philosophica & Theologica

non capis, ut jam P. Ferrier luculenter evicit, dum farraginem illam argumentorum, quæ contra scientiam mediam addensasti excuteret, te reverà nescire, quid tibi velis.

XV. Jam verò dicis, duo à te opponi contra primum argumentum nostrum, eaque nova & solidissima; mutuam scilicet causalitatem & dependentiam voluntatis à prædeterminatione, & hujus ab illa; hoc est, inquis, firmissimum doctrinæ Thomisticæ propugnaculum, quod Eminentissimum Cardinalem Delugo, subtilissimum Theologum in summas angustias redegit; & hæc tantum, ut inde occasionem arripere, carpendi Hominem, nequid tuis caninis excideret; & hoc novum dicis; antiquum est, rancidum est effugium, quod germana Philosophia semper abhorruit, quia repugnantia continet; quod vera Theologia semper expulit; quia hoc semel admissio, nulla prorsus veritas Theologica in tuto est; imo dicere non dubitarem, hoc miserum effugium ex inscitia (quod citra recriminationem dictum sit) veræ Philosophiæ ortum duxisse. Addis, Bellarminum doctrinæ vestræ in prioribus editionibus omnino favisse; sed hoc chimericum est, & vobis toties repositum fuit; denuo tamen repetis; repete quantum velles, in hoc reverà ostendis, tibi rationes deesse, cum ad fabulas aniles confugas. Sed novum clypeum opponis, ab eodem Bellarmino tibi porrectum, (& hoc est alterum caput) posito, inquit, iudicio practico, actus voluntatis, cui scilicet præluceat, non potest non sequi; ut docet Bellarminus; igitur actus voluntatis, qui liber est, de hoc enim agimus, ab eo iudicio practico pendet, & hoc vicissim ab illo; Bellarminus igitur mutuam causalitatem agnoscit. Deliras, opinor, mi Baro, vel potius, cum talpis & piscibus mutis agere putas; quid quæso ad solidum argumentum tam inanis & vana solutio? quæ nihil nisi falsa & crepera continet: 1. Enim quod iudicium illud practicum ad omnes actus voluntatis necessarium sit, non ita facile demonstratur, quidni enim voluntas agere queat, proposito objecto, sub aliqua ratione boni aut mali; nec enim propterea ferretur in incognitum, & rectè adhuc dici posset appetitus rationalis, cui scilicet præluceat ratio, id est, cognitio rationis, seu rationalis; 2. Demus, iudicium illud practicum necessarium esse, nullam tamen voluntati seu vim affert, seu necessitatem imponit; nam posito illo, voluntas, pro arbitrio, potest agere, & non agere; sed inquit, Bellarminus docet, voluntatis actum ex illo iudicio necessario sequi; ita fere Thomistæ vestri omnes; secus verò nostri omnes Theologi, præter unum Bellarminum; fateor ultro, illam actuum interiorum æconomiam satis difficilem esse, præsertim si cum placitis Arabum in Scholas in vectis componatur; nec Philosophis ita fortè compertam & perspectam, ut de illa certè aliquid hæcenus statuerint; sed 3. Demus hoc cum Bellarmino, disputationis gratia, hoc dato, ut ajunt, & non concessio, nunquid Bellarminus lib. 3. de lib. Arbit. c. 9. resp. ad 7. arg. disertè docet, hoc iudicium practicum non ab eo voluntatis actu, qui ab eo procedit, sed ab alio pendere; voluntas enim ad iudicium illud exerendum determinat; nulla ergo mutua causalitas intercedit, & nunquam illam ex hoc capite probare poteris, in quo, tibi Bellarminus nullo modo suffragatur; nec etiam ex alio capite, quod alibi attingit, nimirum, quod Christus ex Despara Virgine & SS. Patriarchis ortum duxerit, intuitu meritorum & gratiæ, quæ ab eodem Christo pendebant; hic etiam occasionem arripuisti, fugillandi Cardinalem Delugo, & subtilissimam rationem, qua hoc argumentum

mentum pro mutua causalitate, inde petitur, doctissime refellit, & quam ita elevas, et si solvendo non sit, ut in *aristam*, præ subtilitate, abesse dicas, invencundo scommate eludendi; sed crede mihi, argumentum illud nos minimè terret, cum innumeras Christi Domini actiones, easque infiniti meriti appellare possimus, quæ cum ab organis corporeis minimè pendeant, seu mediata, seu immediata, à Christo, Parentibus acceptæ non referuntur, unde mutua causalitas satis excluditur; nempe gratiæ, seu merita Patrum ex iis meritis Christi; & hæc ex doctis actionibus, & hæc ab anima Christi, & nullo modo ab organo, ob scientiam infusam; anima denique Christi à Deo solo, non verò à Parentibus. Sed ne digrediar ab Instituto, ad ea, pauca licet, te provoco, quæ à me in 2. appendice summula Theologicæ tradita fuerunt.

XVI. Secundum argumentum à gratia sufficiente petitur ita solvis, ut velis, Pelagium agnovisse veram gratiam Christi, interiorē scilicet & supernaturalem, eamque sufficientem; & negasse tantum efficacem, quam contra illum Augustinus vindicavit. Hoc argumentum novatores tibi suggererunt, uti & alia multa, qui eo utuntur, ad gratiam sufficientem ablegandam, & efficacem dumtaxat adstruendam; nempe, inquit, illa dumtaxat gratia Christi ponenda est & admittenda, quam Augustinus, contra Pelagianos disputans, vindicavit; sed illa est gratia efficax; hæc igitur admittenda, & omnis alia explodenda; igitur & Monstruosa illa, seu Molinistica, quam sufficientem vocant; agnosceis, opinor, Vincenti Barro, novatorum argumentum, quod in Molinistas jactare non cessant; illi quæ si fallor annuis, & complexionem, seu consequutionem tuis ultro, & data opera, leætoribus deducendam relinquis. Sed hoc argumentum nullo negotio dissolvas; negamus ante omnia, Pelagium agnovisse veram illam & interiorē gratiam Christi, quæ scilicet proxima, plena, ad æquata, completa, (da mihi has voces) fiat agendi potestas; sed ne quid Pelagio; vafro scilicet hæresiarchæ tergiversandi, seu tricandi locus restaret, illius potentia, seu possibilitatis, ut vocant, obrepita, prudens Augustinus ad gratiam efficacem disputationem convertit; inde igitur argumentum nostrum à gratia sufficiente petitur, non modò non solvitur, sed magis firmatur, cum tuo illo effugio, vel argumento, ut vocas, insuperabili, novatores utantur, ad gratiam sufficientem penitus abolendam.

XVII. Tertium denique argumentum nostrum ex eo petitur, quod Deus esset auctor peccati, non modò non solvis, sed ne attingis quidem, retorsisse contentus, contra concursum Dei, quem nostri admittunt; sed hoc cunctis est solvere Argumenta, ad modum Reverende: concursus ille simultaneus non est causa; alioquin sui causa esset, cum ab ipsa voluntatis actione re ipsa non distinguatur; prævium indifferentem admittimus; determinatum verò, seu prædeterminantem rejicimus, execramur, qui revera si est; ad peccandum voluntatem determinat; unde rectè inferre mihi videor, ex tali scilicet prævio concursu determinato, Deum fore auctorem peccati. Quoniam vero pacto Deus ad peccatum non concurrere dicitur, licet ad actionem illam physicam, cui peccatum subest concurrat, longè aliam quæstionē esse, constat, quæ non jam nobis est cum Hæreticis, sed quæ inter Catholicos agitur; fateor, non nihil difficultatis inesse; varil varia super hoc; omnes tamen, exceptis prædeterminantibus, in eo saltem conveniunt, Deum peccati auctorem fore, si ad peccandum voluntatem præmoveret, seu determinaret; ac proinde peccandi

causam non esse, quia voluntatem ad peccandum non determinat: si pauca quæ in d. 4. appendice citata libenter à me firmata fuerint, tibi non sint satis, in qua luculenter ostendi, præfati illam, ut vocant, seu formalem determinationem esse tantum à voluntate, quotiescumque jussisset, infirmitas mea longè plura tibi suggereret; sed vereor, ut citæ parum sit locus.

XVIII. Stomacharis deinde & mihi succentis, quod in unum congesterim illas calumnias, quas tuas Mariales nobis affinxit, ex prolegom. tom. 1. item tom. 4. fere per totum, & ex aliis duobus primis doles, me labori peperisse; voluisses, opinor, ut insanam illam 4. gradium voluminum molem exscripsissem; nonne citavi loca & paginas v. gr. tom. 2. pag. 72. tom. 4. pag. 72. tom. 2. cap. 6. tom. 4. pag. 460. tom. 2. pag. 71. tom. 1. pag. 33. tom. 1. pag. 1. 3. & c. nunquid etiam citavi loca Sybille vestra? ut negas, ea, quæ ex Marialez excerptis, in eius libris contineri? cur igitur mihi succentes? scio causam illa omnia tuo calculo donas; ita profus, addisq; pejora & atrociora: quod verò pertinet ad Molinum, Reginaldum, Candidum, ad congressum Janſenianis, aliæque hujusmodi, urgere ultra non decet; res notoria est; ad Dicitum te provoco: illud Penonii dictum, notorium & tritum est; nec ad congregationum acta, ut mihi obiectas, pertinet; de utriusque porro partis iustitia, judicent petiti; hæc certe nemini compos negaverit, novatores in nostram sententiam atrocissimè invehi, debacchari, & dira omnia evomere; vestram vero sibi aſciscere, mille tubis canere, se cum Thomistis, & secum Thomistas in gratia prædeterminante omnino convenire: quod vero attinet ad congregationum acta & Molinum, sustineo, ut decretes pontificis religioſe paream; quæ tu parum reverenter ubique fereptulcaſtralia convitia, quæ mihi larga manus populi, ultro condono; illam tamen calumniam indicandam saltem edoce, duxi, qua indubitanter pronuncias, me malle tuos illos, (probe ſcis, quos intelligam) cum Ecclesiam Hæreticos manere, quam convertitos totam Ecclesiam Thomistas accedere; egrègum fæderatum & dignum homine religioso ſtrictoris obſervantia; Thomistas accedere, per me licet; sed modò damnatis erroribus ſincerè renunciant; sed hoc ultro condono, præſertim cum ab illis tunc acceptis, qui declamare milles audiri ſolent, damnaſe propter auxilium prædeterminans Thomisticum; dices fortè, hæc à me adſtrui citra probationem; sed res notoria probatione non indiget; si tamen ita jubes, ex illorum libris mille loca tibi ſuggeram, in quibus renunciant palam, & jactare non ceſſant, te putos Thomistas eſſe; tu videris.

XIX. Nihil deinde aliud in ſubſequentibus articulis, seu paragraphis, niſi quod non convicia calumnias contra Jeſuitas & Societatem univerſam impenſè accumulās, ut ſaltem ſancta illa veſtra Mariales Bibliotheca inde auctor evaderet, & eroditis à te aliſque repetita, Lectorum animis aliis inculcantur; hinc denū Societatis opulentiam, viduarum ab ea ſpoliarum lacrymas, ſimplicia Societabilem noſtorum ſuperbiam, ſimplicia Societationem fraternam & S. Confeſſionis ſigillum, aliaque hujusmodi revocas in exoſam locum; Denūo Pozam, Bellarminum, Valguium, Benuo Pozam, Valentiam, aliſque iſtem, quibus antehonorificis titulis, hoc eſt ſelectis maleſcentiologiis condecoras; ſubſcribis in omnibus tuo

Bibliothecario, immò longo illum post te relinquis intervallo, & atrocioribus convitiis miseris Jesuitas immisericorditer dilanatis, & mihi acriter succenses, quod tantulū elegit ac laudis doctissimis hominibus dere literaria & sacra benemeritis asperferim; sed cur mihi, cum nihil ex me, sed ex appellatis auctoribus omnia exceperim? unum porro gravius urges, & hic summā inficit, aut malitiam me insinuas, utpote qui temerè de Bibliothecario vestro expostulem cap. 12. eo quod tom. 1. contr. proleg. pag. 33. scripserit, per constitutiones Societatis licere, non obstantē sacro confessionis sigillo, manifestare superiori confitentium inclinationes, ne cum eos ad miliones destinaret, erret in destinatione; quid verò ego, ad hæc? dixi primo loco, nihil tale haberi in constitutionibus nostris, deinde subjunxi tam crassum errorem à sede Apostolica approbati non potuisse, quæ tamen constitutiones nostras toties approbavit; quare subdidi, hanc allegationem Bibliothecarii esse temerariam, falsam, calumniosam, denique hoc ultimum addidi, Jesuitas multis Principibus à confessionibus esse, quorum illi operam, in hoc sacro ministerio, non adhiberent, si vel minimum suspicarentur, per constitutiones Societatis, nullam, aut minimam sacri sigilli rationem haberi; sed hæc, inquis, mera calumnia est; nunquam enim Mariales somniavit prædictam S. sigilli relaxationem in confessionibus Principum & secularium, quas P. P. Societatis excipiunt, locum habere, ut Ludovicus putat; quis unquam hoc putavit, aut dixit nonne confessiones nostrorum diserte appellavi, & subjunxi, Principes, si hoc rescirent, inde occasionem captratos, nostrorum opera in hoc S. ministerio nunquam utendi; sed hoc ipsum, cum tuo Bibliothecario, saltem quo ad nostros, ultro concedis, & afficam nobis ab illo calumniam confirmas, quia, inquis, ex abdicatione propria famam nota ex confessione aperiri, nihil vetat, vah os maledicum, quod nullum livium abluat unquam, & nullum periculum abstergat; quasi verò eas constitutiones habeamus, quibus & propriam famam abdicemus, & ex abdicatione famam, nullam S. sigilli rationem haberi liceat; error est in fide, mi Baro, eoque luculentior, quod à sede Apostolica constitutiones illæ approbatae fuerint, in quibus per te & Mariales tuum, hunc errorem contineri, constat; sed fortè cum tuo Cano & paucis Canis, sedem Apostolicam in hujusmodi, errori obnoxiam esse, dices; ut ut sit, atrocissimam, horrendam, tartaream, & diabolicam calumniam esse, nemo non videt.

XX. Transis deinde ad Canum & Bannez; utriusque verba fidelissimè retuli, in sanctos Patres non parum injuriosa; hoc negas, aisque, nulla fere apud Canum extare; quid aliud agerem; lectores ad codicem remitto; appellavi librum & caput; lineam scilicet appellat, potuissimè; omisi, ne tempus tererem, facturus tamen, si jubes; hic autem verba frustra multiplicas, volvisque inanes peridos, & hominem nullius fidei me vocas; nullius fidei, inquis; Baronianæ, ... enianæ, concedo; humanæ & Catholicæ nego; ne quæso in me, quod in te appositè quadrat; nullus unquam ad eos propriis accessit; gutta guttæ similior non est; quæ palam extant in libris, negant extare; tu quoque fili; ignosce Lector, si multa præ modestia reticeo, & truncatas dictiones signo punctis, & suppleo, quid addam, satis superque habeo, sed, ita me Deus amet, nescio, quæ Christianæ, religiose & humanioris vitæ ratio istylum etiam fere invitum continet: duo tamen liberè dicam; primum est, te in hu-

Part II.

jusmodi habere quos immiteris, eos scilicet, quibus antiquo fœdere junctus es, quibus id præ ceteris, ac præsertim solemne est, mentiri scilicet, non utcumque, quod tritum & commune est, juxta illud, omnis homo mendax, sed in perspicuis & notoriis; intelligenti pauca: alterum est, quod eadem illa ex Cano & Bannezio, ad speciem observantia, à me excerpta tuo calculo donas; novum certè defensionis genus, delicta enim multiplicas, ut defendas, & ut reum eximas culpæ, admittis noxæ, socius & particeps esse voluisti; quid autem mihi, per solutam licentiam, falsi crimen imponis? tria tantum ex Cano, à me ficta & falsata fuisse, dices; agnoscis reliqua, & tuo suffragio probas, ne hujus temeritatis, ut mitissimè loquar, socius Cano deesset, primum ex lib. 7. cap. 3. exceperis, his verbis, errare in rebus fidei, quæ non erant eo tempore definitæ, accidit Cypriano, Hieronymo, Augustino. Hic meam fidem, immò perditam infidelitatem accusas, & grande piaculum, bulso dumtaxat & furca luentum; confecta est, inquis, hæc propositio, iis verbis, quæ nulla fere extant apud Canum; immò nullum ex his apud Canum non extat; en totum locum ex Can. lib. 7. cap. 430. Ultima linea, & 431. initio, nempe, aliud fuit, errare in rebus obscuris, & quæ non erant, eo tempore explicata ac definita, aliud in apertis, & quæ tunc etiam in Ecclesia firmissime credebantur; illud, id est errare & accidit Cypriano, aut Ambrosio, aut Augustino; conferamus tuam propositionem cum aliis, accidit Cypriano & c. nunquid hoc non dicit Canus, Hieronymum paulò ante, & paulò post in eodem ordine ponit; quid porro accidit? errare in rebus obscuris, quænam porro? fidei certè, in quibus propriè tantum erratur, sed quæ non erant eo tempore definitæ; quis neget, eandem propositionem? meam quidem paucioribus verbis, sed quæ apud Canum extant, & totius propositionis sensum plenissimè habent.

XXI. Secundum locum exceperis ex lib. 12. cap. 15. non 14. ut dices, pag. 891. lin. 26. totidem verbis, hisce, nimirum, Augustinus in illam magis opinionem inclinat, quæ docet, animas à parentibus generari: omni hæc æquè injuriosa, quæ si vera sententia est, non est animus suæ naturæ immortalis; tum relumpli, quod solebam tanquam erroneum condemnare; sed locus integer habet; quod solebam equidem non tanquam hereticum, sed tanquam erroneum condemnare; illud autem, quod solebam & c. cadit in primam illam opinionem, quæ docet, animam non esse immortalem, quam hoc eodem capite, pag. 189. circa finem, concl. 1. hereticam dicit, ubi hæc habet, animum hominis esse mortalem, fidei Catholica manifestè repugnat; igitur illud quod solebam; in hanc non cadit, alioqui ne sibi repugnaret, non diceret, non tanquam hereticum; unde præcipuum fit, earum ea fidelitate à me citatum fuisse, quæ vix major excogitari possit; cur quæso fingerem, cum hujusmodi loca multa temeritate condita toto passim opere præstem? quintus locus excerptus est ex lib. 7. cap. 3. pag. 428. lin. 10. Unde facile conjicere poteris, mendum esse in numeris, cum typi habeant cap. 13. pro 3. loca etiam Bannezii fideliter à me relata fuerunt; quod æquè facile à me ad oculum demonstrari posset; sed cur frustra intus tempus? ad Lectorum oculos provoco, qui legere sciant, & latine intelligant; pudeat virum ingenuum, tam inverecundæ quàm religioso scriptore indignæ licentiæ: omittite recriminationes tuas; in quibus Vasquium, Adamum, Sirmondum appellas & 22. illas propositiones Hispanicæ; scimus, ex quo sacco, hæc farina vel potius hic fursur prodierit; si omnes calumnias

Ggg

ab

ab Heterodoxis aliisque perditissimis hominibus nobis afflictae discutiendae ac diluendae essent, quis unquam finis; vita & scripta sint nobis defensionis loco: illud fortè procurandum esset, ut authenticum instrumento constaret, ea quae ex Cano & Banneo exscripti, in eorum libris contineri; sed quid magis authenticum, quam libri, qui prostant; sed ne bullato quidem diplomati fidem haberes; fœdere tibi iustorum exemplo; quaestio facti est, &c. quod demum attinet ad loca falsata, novam certè Bibliothecam instruerem, si ea solum quae tu ipse falsasti, & nonnulli ex recentioribus fœderatis etiam falsarunt, vel obiter asserere, seu recensere vellem.

XXII. Transis ad scientiam mediam, pro qua nihil habeo, quod dicam, jam te remisi supra ad P. Ferrier, qui singulari opusculo tuos errores palam fecit, evicitque, rem istam à te non capi: ut luculenter exiis evincitur, quae sine defectu & tumultu osè in art. 5. concessisti, ubi exponis, non certè Molinæ sententiam, sed aliam chimericam, quam nullus capiat; illa autem, quae de hoc argumento scribis ita involvis, ut risum inde potius, quam stomachum peritis lectoribus moveas; dixi peritis, alios enim nihil moror, qui cum aliquo latinitatis nitor delectentur, te habent maximi Doctoris & conspicienti hominis loco; quod deinde subiectis in hanc rem, de Aristotele, de Logica, de futuris contingentibus, aliisque, ita sunt absurda, inepta & absorta, ut vel inde dum ea scriberes, tui compos non fuisse videaris; tantum est, ardentissimo factionis odique studio abripit risum meum increpas; quid faceres; abstinere non possum; ridicula enim, quae dicis, immò plusquam ridicula risum non movere non possunt: ne quaeso Aristotelem, Vincenti Baro, quem non intelligis, seu verius, non legis; sincere dicam quod sentio, neminem unquam de rebus Theologicis differenter audire à me, aut lectum fuisse tam misere ineptientem; dico, in singulis fere verbis; verba autem dumtaxat habes, prae teraeque nihil, quam formulam à te mihi surreptam, mihi elenue vindico. Tuum illud argumentum formidabile, cuius ne minimam quidem commemorationem à nostris factam esse, dicis, argumenti nomine indignum est, cum merum sit salutaris & ignorantiae pronuntiatum; dicis enim, pro eodem rationis signo, propositionem conditionatam, & absolutam esse; deliras, mi homo; propositio conditionata, per nos dirigit decretum absolutum; quod tamen praesupponit propositio absoluta; unde est pro prioris signo; viden, quò tandem tuum illud formidabile, quod mera est principii petitio; omitto praemissos paralogismos, qui una dumtaxat eliduntur negatione; possibilis creatura inquis cognoscitur tantum in causa, ergo & futura, nego antecedens; nam creatura possibilis per seipsam est etiam obiectum scibile, uti creatura existens actu; sed Deus essentialiter omne scibile cognoscit; nec alio quopiam determinativo, ut sic loquat, indiget; distinguo vero consequens; ergo & futura, necessaria, concedo; contingentia & libera, nego; in tantum enim cognoscitur aliquid in causa, in quantum cum causa necessaria connexionem habet, unde cum futurum liberum, seu contingens nullam habeat necessariam connexionem cum causa, in causa profecto non cognoscitur: addis, aeternam esse futuri cognitionem; rem magnam narras, quid tum; igitur, in-

quis, causam illius futurationis aeternam esse oportet; non aliam certè, quam decretum; concessit antecedente, nego consequentiam; tum quia falsum est, obiecti ab aeterno cogniti causam ab aeterno esse debere; quid enim hoc non probaret, deinde fututio illa, quam ab aeterno esse dicis, non est proprie quidpiam existens; igitur non habet causam, sed est in meta relatio, seu connotatio; denique futurum illud, contingens scilicet, atque liberum, in causa, ut dicit, non cognoscitur, sed in se; est enim obiectum scibile; igitur neque peto principium, ut dicis, sed tu, ut supra evicisti; neque naturae lumen ejuravi; iurarem tamen, in te factionis studio profus exinclinum; neque scientia media nititur petitione principii, sed principio evidentissimo; nempe quod essentia divina absque alia quapiam determinatione & causa, sit per se ipsam formalis & essentialis representatio, expressio, cognitio omnis scibilis; sed futurum conditionatum, tam est obiectum scibile in se, quam futurum absolutum & tam futurum, quam praesens & praeteritum; igitur essentia divina est formalis illius cognitio, vel expressio; in decreto, inquis; dico praescindendo ab illo decreto, quod & libertati, & gratiae sufficienti, & Deo à peccato immuni repugnans, unde flant, Rabunque, tria illa argumenta. Abi ergo cum tuis decretis & Colosso tuo Babylonico, de quo multa reponeere possent nec deesse appositae sanè analogia, in qua & pedes illi ex ferro & creta, & lapillus ex monte devolutus, alioquid id genus suum locum haberens; sed tibi cognitum & pensandum relinquo.

XXIII. Ad defensionem Sybillae te accingis ultimo, & nullam mihi fuisse causam, de illo expostulandi, rotundè pronuncias; immò Sybillam laudat, quod in Molinam acris invectus fuerit, quem tu etiam, pro more, probis & convitiis dilaceras, cumque maximum damnum Ecclesiae attulisse, permissem modeste, scribis; ad id quod nihil mihi videtur subdis, à me non capi veram interpretationem sensus compositi & divisi capio, mi Baro, & ultra capis, à te non capi, cum ex te repugnantia involvat; non illud, quod dicis, suppositionem antecedentem, esse scilicet habentis cum effectu necessariam per se connexionem, non esse causam necessitatis capio, inquam, haec esse repugnantia, & à te non capi quia copere non vis; lepidum porro est, quod subnectis; non notari scilicet à me non loco, ideo gratiam efficacem libertati contrariam esse, quia connaturali agendi modo voluntatis conformatur. Quandute, Baro ubinam hoc à me scriptum legisti? improbi certe Sybillae dictum, quod scilicet, gratia praedeterminans libertati contraria non sit, quia connaturali agendi modo voluntatis conformatur; hocne quid est, dicere, ideo contrariam esse libertati, quia conformatur; nego, ideo hominem liberum esse, quia est animal; igitur ideo liber est, quia non est animal; vides, opinor, ineptiam huius consequentionis; duntaxat hanc eadem Fromundum docuisse, & à nostris, Petavio scilicet, Ricardo, Annato, sicut nunc futatum; sed quandoquidem Petavii mentio facta est, expostularam de Sybilla, quod Societatis scholam Petavianam, & Jesuitas Petavianos appellaret, nemo non videt, quàm iusta esset expostulatio, nemo non videt, & mihi succentes, quod Gallorum gloriam inde obsecrem, & in videam, cum aliunde pauciores, & aliis nationibus, ex Societate, Gallia scriptores beati; itane verò in nostris scriptoribus parum sancti versatus es, quasi verò pluraquā contentos auctores in

Gallia non numeremus; vis tibi suggeram aliquos indiscriminationem Petavium, Montell, Metacium, Martinonum, Garallum, Fenerum de Bugis, Dechamps, Bagotium, Bellonum, le Blanc, Serrarium, Brietum, Pollium, Rapinum, Chauvum, Moineum, Texonum, Mambrium, Bureum, Sautellum, Joninum, Raimondum, Magnesium, Simonidum, Paderium, Chrisolum, Abrahamum, Fronton, Duceum, Philippum, Labbe, Laloveram, de Billi, Fomnerium, Mimburgum, Baunium, Caullinum, Haineuvium, Sanjuteum, Bouthourtum, Gaudertum; omitto innumeros, immo aliquos ex primis facile prætermisi: Una Provincia Lugdunensis tam multos scriptores tibi porrigere posset, quorum maximum librorum numerum vix ac ne vix quidem perlegendo esset; nimirum Theoph. Raynaudum, de Rhodes, Lorinum, Colombi, G. balinum, Reginaldum, Sallianum, Janinum, de Bussieres, Guesnæum, Albium, Rousseletum, Poiraum, Millæum, Ricardum, Leotaldum, Voellum, Dechales, Chiffletum, Ferrandum, Clementem, Valaderum, Arnulphum, Moneum, Labbe, Pomeyem, Cortonum, Richeonum, Suffenium, Jacquinotum, de Barri, Lambertum, Michaelis, Filerium, Goleum, me quoque, saltem ad numerum, inter tot recenserem, nisi timerem, ne ex insectia mea, quam elogio tuo decorasti, aliquid labis, aut notæ doctissimis illis scriptoribus, quibus junctus essem, accederet, non habet igitur tam paucos Gallia nostra ex Societate, ut fortè putares; tua saltem numerus superat vota.

XXIV. Adhibes deinde nescio quam distinctionem voluntarii à libero, quæ ad rem nostram nihil facit; nec auctores nostri cum Fromundo de voluntario disputarunt, sed de libero; in quo certissimum est, Sybillam cum eo convenire. Quod dicis & juras, gratiam prædeterminantem esse Augustinianam, eadem facilitate negatur, quæ asseritur; quod subne-

ctis, stante Augustino, te minime casurum; remedium dicitur est; quod ab illis tuis accepisti, qui centies & millies illud ipsum ingeminarunt, indemnus & intacto Augustino, se non posse damnari, damnari tamen fuisse, indemnus Augustino: quod verò spectat ad inconcussa illa dogmata jam supra dixi, quid de hoc sentiendum sit; quod addis, de judicio pratico, jam supra satis superque discussum est atque diffusum; quis enim capiat, idem esse prius & posterius, causam & effectum, ante & post, pendens non pendens, esse simul & non esse, aliaque hujusmodi repugnantia, quæ ut monstra, germana Philosophia, immo quivis rationis compos semper abhorruit, mihi deum parum grati animi notam inuris, erga sanctissimum Prædicatorum Ordinem, cujus quamplurimi Societatem multiplici beneficiorum genere sibi devinxerunt: ita est; non paucos appellare possum, & jam alias appellavi, puta B. Ludovicum Bertrandum, Barth. de Martyribus, Joann. Miconem, Granatensem, Mancium, Pennam, &c. Quibus Societas incredibiliter obstricta est; idque maxime nos solatur, quod sanctissimis illis & piissimis viris grata & accepta fuerit; pauci reverà sunt alii, qui non parum molestiæ nobis crearunt. Cæterum sacrum Ordinem (ita me Deus amet) impense colo & vereor. Et hæc pro Carterio, seu prome, cum me Carteris loco habeas; hæc, inquam, raptim potius & cursim indicata, quam dicta sint satis, expectabis tamen à Carterio novum expostulationum auctarium; amplissimam certe materiam præbuit: novi hominem, credem mihi; is est, cui terrorem centum Barones non incutiant: hoc unum fortè in eo quispiam desiderasset, ut paulo acriorem stylum adhibuisset; non deerit in posterum; sed eo tempore mos gerendus illi fuit, quem totus Christianus orbis adorabat. Vale Lugd. pridie nonas

Aug. anno 1669.

